He ſold the body for gold.	Auro corpus vendebat, *Virg.*
He ſaith he ſold him for ſix pounds.	Ait ſe vendidiſſe ſex minis. *Plaut. Capt.* 5. 2.
Ranſome your ſelf for as little as you can.	Te redimas captum quàm queas minimo, *Ter. Eun.* 1. 1.

Quot eam minis emit? Quadraginta minis, Plaut. *Ep.* 1. 1. *Nil carius emitur, quàm quod precibus emitur*, Sen. *Mandâſti illud venire quàm plurimo*, Cic.

Yet ſo much, how much, as much, more, leſs, &c. *coming alone without a Subſtantive after* for, *is made by a Genitive caſe*; *as*,

He ſhall ſell them for as much as he will.	Vendet eos quanti volet, *Cic.* 2. de Leg. Agr.
I ſell not for more than others, perhaps too for leſs	Non vendo pluris quàm cæteri, fortaſſe etiam minoris, *Cic.* 2. Off.

Videamus hoc quod concupiſcimus, quanti deferatur, Sen. *Ep.* 41. *Provincia tanti vendit agros*, Juv. 4. *Satyr. Magis illa*

juvant, quæ pluris emuntur, id. *Potuit fortaſſe minoris Piſcator, quam piſcis emi*, id.

VI. 6. For) *ſometimes importeth* commutation *and* ſubſtitution *of one perſon, or thing in the* ſtead, place, *or* room *of another, and then it is made by* pro; *as,*

I will grind for you. | Ego pro te molam, *Ter.*

Is pro illo Eunucho ad Thaidem deductus eſt, Ter. Eun. 5. 6. *Non recuſarunt, quin pro me, vel mecum perirent*, Cic. *Corpore pro Nymphæ Calamos tenuiſſe paluſtres*, Ovid. *Met. l.* 1. v. 707. So is ὑπὲρ uſed, *Dionyſ. Halicarn.* l. 8. ὑπὲρ ἀπολωλότων στρατιωτῶν ἑτέρους καταγράφειν, *eorum militum vice qui mortui erant alios conſcribere*. And ſo is ἀντὶ, whence the Prov. Ὁ βοῦς ἀντὶ οἰκέτου πένητι, *Bos pro ſervo eſt pauperibus.*

So when for *imports the doing of ſomething in the way of* exchange, retribution, recompence, *or* reward, *then alſo it is made by* pro; *as,*

You ſhall have this for your reward. | Hoc tibi pro præmio erit, *Cic. Att.*

Pro tribus corporibus triginta millia talentûm auri precatur accipias, Curt. *l.* 4. *Pro tantis eorum in rempublicam meritis honoris eis habeatur, gratiaque referantur*, Cic. Phil. 3.

VII. 7. For) *ſometimes is put for* as, as if it were, to be, that it may, or might be, *and then is made by* in, *with an Accuſative caſe; as,*

Hoſtages were deſired for a pledge of their faithfulneſs. | In pignus fidei obſides deſiderati ſunt, *Liv.* l. 42.

Ut is imperator in pœnam exercitus expetitus eſſe videatur, Cic *de Provinc. Conſular. In cauſam belli Saguntus delata eſt*, Flor. 2. 6. *Ea certè fuit vis calamitatis, ut in experimentum illatum putem divinitus*, id. 1. 3. *Eam pecuniam publicam eſſe conſtabat datâmque à Pompeio in ſtipendium*, Cæſ. *Bel. Civ.* 1.

VIII. 8. For) *before words of* time, *is made ſometimes by* ad, *ſometimes by* in, *and ſometimes by* per; *as,*

For

For a very little time.	Ad breviſſimum tempus, *Cic.*
They obtained a truce for thirty years.	Inducias in tringinta annos impetrârunt, *Liv.*
For ſo many ages.	Tot per ſecula, *Juven.*

Ad punctum temporis, Cic. *Ad præſens*, Plin. *In perpetuum*, Ter. Heaut. *In poſterum*, Cic. 4. Cat. *In æternum*, Plin. *In hoc biduum, Thais, vale*, Ter. Eun 1, 2. *In futurum*, Plin. *In præſentia*, Cic. *In præſenti*, Corn. Nepos. *Per ſecula longa*, Ovid. *Per triduum*, Liv. *l.* 40. *c.* 28. *Aliquot jam per annos*, Cic. *Prædicuntur in multos annos*, Cic. 2. *Div.* 6.

9. For) *importing the* purpoſe, end, *or* uſe *of a thing, is made by* ad, *and* in; *as,* IX.

All things are created for the uſe of man.	Ad uſum hominum omnia creantur, *Cic.*
They are had for a double ſervice.	Habentur, in duplex miniſterium, *Solin.*

Ad templum, monumentúmque pecuniam decrevêre, Cic. *ad* Q. Fr. *Ad id ſedulo diem Scipio extraxerat*, Liv. *Dec.* 3. *l.* 8. *Eripiuntur è manibus ea, quibus ad res divinas uti conſueverunt*, Cic. Verr. 6. *Ad noſtros cives erudiendos nihil utilius*, Cic. *Hæc eſt in pœnas terra reperta meas*, Ovid. *Triſt.* 3. 10. *Ut illud in uſus ſuos ſervare videatur*, Flor. 4. 12. *In rem noſtram eſt*, Plaut.

10. For) *before* ſake *is made by* ergô, gratiâ, *or* cauſâ *with a Genitive caſe*; *alſo by* propter *with an Accuſative*; *and* pro *with an Ablative caſe*; *as,* X.

We are come for his ſake.	Illius ergô venimus, *Virg.*
For mens ſakes are beaſts bred.	Hominum gratiâ generantur beſtiæ, *Cic.*
We tell lyes even for cuſtoms ſake.	Mentimur, & conſuetudinis causâ, *Sen.*
Vertue is to be deſired for its own ſake.	Virtus propter ſe expetenda eſt, *Cic.*
For my ſake, the Senate, and twenty thouſand men more put on mourning.	Pro me Senatus, hominumq; præterea viginti millia veſtem mutaverunt, *Cic.*

Si quid contra alias leges, ejus legis ergô factum ſit, Cic. *Aut ſuavitatis, aut inopiæ cauſâ*, Cic. *Orat. Perf. Hoc à te peto, non ſolum reipublicæ, ſed etiam amicitiæ noſtræ nomine*

mine [—for the ſake of our friendſhip—] Cic. *Me miſerum te in tantas ærumnas propter me incidiſſe*, Cic. *Fam.* 14. 1. *Nullum periculum pro me adire dubitavit*, Cic. *Fam.* 12. 29. Ergo *is to be ſet next after his Genitive caſe.*

1. Note, *ſometimes the Latin word for* ſake, *viz.* gratiâ, causâ, &c. *is not expreſſed together with the Genitive caſe governed of it; even as* ſake *it ſelf is ſometimes omitted in the Engliſh; as,*

Cùm ille ſe cuſtodiæ [ſc. cauſa,] *diceret in caſtris remanſiſſe*, Cic. *de Orat. Sic* Tacit. *l.* 4. *Annal. Magis uſurpandi juris, quàm quia unius culpa fuit. Sic* Ulpian. *Si quis evitandi criminis id egit, ut Reip. causâ abeſſet*, Liv. *Ea prodendi imperii Romani, tradendæ Annibali victoriæ eſſe*, Salluſt. *Poſt ubi regium imperium, quod initio conſervandæ libertatis atque augendæ reip. fuerat* ———

2. Note *If a Pronoun poſſeſſive*, my, thy, &c. *be joined with* ſake, *it may be made by the Ablative caſe of a Latin poſſeſſive, agreeing with* gratiâ, *or* causâ; *as,*

Let him alone for my ſake. | Mitte hunc meâ gratiâ, *Plaut.*

Te abeſſe meâ causâ moleſtè fero, tuâ gaudeo, Cic. *Non ſibi poſtulat te vivere, & ſuâ causâ exeludi cæteros*, Ter. Eun. 3. 2.

3. Note, For) *with* ſake, *in* obteſtations, beſeechings, *or* intreatings, *may alſo be made by* per *with an Accuſative caſe; as,*

I intreat for the ſake of God, and our friendſhip, that— | Per ego te Deos oro, & noſtram amicitiam, ut —— *Ter. And.* 3. 3.

Per ego has lacrymas, dextramque tuam te oro, Virg. *Per te parentis memoriam obteſtor mei*, Senec. *Vide* Supr. *rule* 2.

XI. 11. For) *before a Participle in* ing, *and ſignifying* becauſe that, *is made by* quod, *and* qui, *with a Subjunctive Mood; as,*

He was a little angry at me for making a defence.	Mihi quod defendiſſem, leviter ſuccenſuit, *Cic.*
I know the Gods were ſufficiently angry with me for hearkning to him.	Mihi deos ſatis ſcio fuiſſe iratos, qui auſcultaverim, *Ter. And.* 4. 1.

Titius, quod habuit imaginem L. Saturnini domi ſuæ condemnatus eſt, Cic. *pro* Rab. *Stultior ſtulto fuiſti, qui iis tabellis crederes*, Plaut. Curc. 4. 3. *Fuit in una re paulò minus conſideratus, qui ſocietatem cum Sextio Nævio fecerit*, Cic. *pro* Quint.

12. For) *before a Participle in* ing, *and ſignifying* that *or* to the end that, *is elegantly made by* causâ *with a Gerundive, and his Subſtantive in the Genitive caſe; as,* XII.

He prepared a hand for the killing of the Conſuls.	Conſulum interficiendorum, causâ manum paravit, *Cic.*

Sin & ea, quæ antè geſſeram, conſervandæ civitatis causâ geſſiſſem, Cic. *ad* Quint. *Sunt enim quædam ita flagitioſa, ut ea ne conſervandæ quidem patriæ causâ ſapiens facturus ſit*, Cic. 3. *Off.*

13. For) *with* all, all that, all this, *and ſignifying* though, although, albeit, nevertheleſs, *or* notwithſtanding, *is made by ſome adverſative Particle*, Etſi, etiamſi, quanquam, quamvis, tamen, licet, nihilominus, &c. *as,* XIII.

I can hardly yield you this for all you are his father.	Haud tibi hoc concedo, etſi illi pater es, *Ter. He.* 2. 2.
He came into the Court for all that.	Venit in curiam tamen, *Flor.* 9. 2.

Decedit jam ira, etſi merito iratus eſt, Ter. Hec. 3. 5. *Tametſi major es*, Plaut. Stich. 1. 1. *Etiamſi ille his non eget, tamen ei potiſſimum inſerviunt*, Cic. 1. *Offic. Bellè erit, etiamſi omni hoc anno tempeſtas diſſipare paravit*, Petron *p.* 171. *Quanquam Terentianus ille Chremes humani nihil à ſe alienum putat*, Cic. 1. *Offic. Quamvis non fueris impulſor, & ſuaſor, profectionis meæ approbator certè fuiſti*, Cic. Att. 16. 6. *Equidem non deſino tamen per literas rogare*, Cic. Att.

6. 1. *Veritas licet in causis nullum patronum, aut defensorem obtineat tamen per se ipsa defenditur*, Cic. *in* Vat. *Nihilominus tamen agi posse de compositione* —— Cæs. 3. *Bell. Civ. Sin autem manendum ibi nihilominus sit* —— Liv. *l.* 37. *c.* 15. *Nec rarus hic Romæ piscis, ut* [for all] *peregrè accitus erat*, Macrob. *Sat.* 3. 15. *Tamen propositum nihilo secius peregit*, C. Nepos *in vit.* Pomp. Attici *Tamen ne* [and yet will ye for all that] *in ista pravitate perstabitis*, Cic. 4. *Acad.* 8. *Et quum tot essent* [and for all they were so many] Bez. Joh. 21. 11.

XIV. 14. For) *sometimes is used as a form of entring upon a Discourse, being put for* about, concerning, as to, &c. *and then is made by* de, *and* quod ad, *as for example, (see* As *r.* 2.)

As for other matters whatsoever shall be decreed, I will write to you.	De cæteris rebus quicquid erit auctum scribam ad te, *Cic.* 1. Fam. 2. Ep.
For what concerned the truce.	Quod ad inducias pertineret, *Cæs.* 3. Bell. Civ.

De celebratione ludorum tibi assentior, Cic. Att. 15. 28. *De Alcmena, ut rem teneatis rectius, utrinque gravida est*, Plaut. Amph. *Prol. Quod ad popularem rationem attinet*, Cic. *Fam.* 1. *Ep.* 2. *Quod ad nominationum analogiam pertinet*, Varro *de L. L. l.* 8. † In this sence is *quantum* also used; as, *Quantum ad porticus nihil interim occurrit, quod videatur istinc esse repetendum*, Plin. *Ep. Quantum attinet ad antiquos nostros, ante* —— Var. *R. R.* 1. 10. So *quod vero*, as, *Quod verò totam Italiam vestris colonis complere voluistis* [and as for your intending to fill—] *id cujusmodi esset, neminemne nostrum intellecturum existimâstis*, Cic. *de Leg. Agr.*

XV. 15. For) *importing* leave *to do a thing, made by* per; *so when it may be varied by these words,* by reason, *or* because of; *as,*

You may for me.	Per me licet, *Plaut. Cic.*
Nor indeed could she for [id est, by reason of] age.	Neque per ætatem etiam poterat, *Ter. Eun.*

Ancillas dedo: quolibet cruciatu per me exquire, Ter. Hec. 5. 2. *Si licitum esset per nautas*, Cic. 5. *Fam. Ep.* 4. *Per me vel sternas licet, non modo quiescas*, Cic. Ac. 4. 29. *Parere jamdiu*

diu hæc per annos non poteſt, Ter. Adel. *Licet me per vos neſcire, quod neſcio?* Cic. 4. Ac. 41.

16. For) *implying* defence, *or* favour, *is rendered by* à, pro *and* ſecundum; *as*, XVI.

Conſider whether this be not all for me.	Vide, ne hoc totum ſit à me? *Cic.* 1. de Orat.
They took arms for the common liberty.	Arma pro communi libertate ceperunt, *Cic.* pro *Rabir.*
He ſpake much for our ſide.	Multa ſecundum cauſam noſtram diſputavit, *Cic. Art.*

Nemo contra perditos cives à Senatu, & à bonorum causâ ſtetit conſtantius, Cic. *de Cl. Orat. Quid ſentiant hi qui ſunt ab ea diſciplina, ignorat nemo*, Cic. *Tuſc.* 2. *Non modo pecuniam ſed vitam etiam profundere pro patria parati*; Cic. 1. *Off. Pro me conſules ut referrent, efflagitati ſunt*, Cic. *ad* Quir. *Conſules de conſilii ſententiâ decreverunt ſecundum Buthrotios*, Cic. *pro* Roſc. Com.

17. For) *in* diſtribution *of things by proportion to ſeveral perſons*, &c. *is made elegantly by* in; *as*, XVII.

He ſets down twelve acres for every man.	Duodena deſcribit in ſingulos homines jugera, *Cic.*

Titurius quaternos denarios in ſingulas vini amphoras Portorii nomine exegit, Cic. *pro* Font. *Militibus in concione agros ex ſuis poſſeſſionibus pollicetur quaterna in ſingulos jugera*, Cæſ. 1. *Bell. Civ.*

18. For) *ſometimes is uſed as a* note of the condition *of Perſons, Things, or Times, and may be varied by* conſidering, *or* proportionable to, *and then is made by* pro, *or* ut; *as*, XVIII.

I determined two talents to be enough, for [id eſt, conſidering] our eſtate.	Duo talenta pro re noſtrâ ego eſſe decrevi ſatis, *Ter. Heaut.*
He was a very able ſpeaker, for thoſe times.	Multum, ut temporibus illis, valuit dicendo, *Cic.* de Clar.

Sunt impii cives pro charitate reipublicæ nimium multi, pro multitudine benè ſentientium admodum pauci, Cic. Phil. 3. *Te pro amore noſtro rogo*, Cic. *Fam.* 5. 18. *Pro herili & noſtro quæſtu*

satis bene ornatæ sumus, Plaut. Pœn. 1. 2. *Multæ etiam, ut in homine Romano* [for a Roman] *literæ*, Cic. *de Sen.* † *Nec insulsi hominis, ut Siculi, sententiam sequi*, Cic. *Tusc.* 1. *Scriptor fuit, ut temporibus illis luculentus*, Cic. *de Clar. Orat. Orationem salutarem, ut in tali tempore, habuit*, Liv. 4. *Bel. Pun. Vir, ut eo seculo doctus*, Macrob. *Sa.* 3. 16. *Pro herili nostro quæstu satis benè ornatæ sumus*, Plaut. Pœn. 12. *Prælium atrocius quàm pro numero pugnantium editur*, Liv. *dec.* 3. *l.* 1. *Juvenis animi aliquanto quàm pro fortuna in qua erat natus, majoris*, Liv. *dec.* 3. *l.* 5.

XIX. 19. For) *sometimes belongs as a part to the foregoing word, and is included in the Latin of it; as,*

A certain looking for of judgment.	Quædam expectatio judicii. *Hier.*
I would have you write to me if there be any thing that you stay for.	Scribas ad me velim si quid erit, quod opperiare, *Cic.* Ad *Att.*

Qui tibi ad forum Aurelianum præstolarentur armati, Cic. 1. Cat.

XX. 20. For) *next before an Infinitive Mood after another Mood, is an* expletive, *and included in the Latine of the following Infinitive; or made by* ut, *with a Subjunctive; as,*

To bring them for to be punished.	Ut adducerem eos, ut punirentur, *Act.* 22. 5.
I go for to see.	Eo visere.

Of the variation of the Infinitive Mood, See Chap. To *Rule* 11. *Not.* 7.

XXI. 21. For) *before a casual word having an Infinitive Mood after it, is included in the Latin of the Accusative case, and Infinitive Mood; as,*

Since the people of Rome remembers this, it were a most shameful thing for me not to remember——	Hoc cùm populus Romanus meminerit, me ipsum non meminisse turpissimum est, *Cic.* Fam. 11. 11.

Non est flagitium mihi crede adolescentulum scortari, Ter. Adel. *Quid tandem me facere decuit*, Liv. *l.* 42. *c.* 41.

1. Note

1. Note, *If a Noun or Verb*, &c. *governing a Dative caſe come before* for, *then the caſual word following may be either the Dative caſe, as governed of the foregoing word, or the Accuſative, as, governed of the following Infinitive Mood*; *as*,

Licitum eſt tibi ex hac juventute generum deligere, Cic. *Fam.* 4. *Ep.* 5. *Sin mihi neque magiſtratum, neque Senatum auxiliari licuerit*, Cic. *Fam* 5. *Ep.* 4. *Licet me id ſcire quid ſit* ? Plaut. Pſeud. 1. 1.

The reaſon of this indifferency as to caſe, is becauſe if the ſentence were written at the full of it, there ſhould be expreſſed both the Dative caſe, and the Accuſative caſe; as it is in this of Cicero's, Hoc te expectare tibi turpe eſt : *and that of* Terence, Me hoc delictum in me admiſiſſe, id mihi vehementer dolet. *And that*, Nam me hoſpitem lites ſequi, quàm hic mihi ſit facile atque utile, aliorum exempla commonent. *And this was meant ſure by that Submonition in* Lily's *Grammar concerning thoſe examples* —— Nobis non licet eſſe tam diſertos. Expedit bonas eſſe vobis. Quo mihi commiſſo non licet eſſe piam, viz. *That before the Infinitive Moods herein expreſſed, there are Accuſative caſes to be underſtood, as if the ſentences were written at large*; Non licet nobis non eſſe tam diſertos, &c. *And hence it comes to paſs, that Adjectives coming after Verbs of the Infinitive Mood, do ſo often differ in caſe from the Subſtantives coming before them, as in the forenamed examples.* Nobis eſſe diſertos, vobis eſſe bonas, mihi eſſe piam, *which Adjectives agree not with that Subſtantive that it expreſſed differing in caſe from them, but with that that is omitted, of the ſame caſe with them. Hence alſo it is, that the Accuſative caſe before the Infinitive Mood being omitted, the Adjective coming after it, may alſo be the Dative caſe, as well as the Subſtantive*; *as*, Nobis non licet eſſe tam diſertis. Natura beatis omnibus eſſe dedit, *Claudian.* In causâ facili cuivis licet eſſe diſerto, *Ovid* Quo in genere mihi negligenti eſſe non licet, *Cic. Laſtly, hence it is, that though neither Dative nor Accuſative be expreſſed before the Infinitive Mood, yet the Adjective may be of the Dative caſe, as in that of* Ter. Phorm. 5. 2. Nos noſtrapte culpâ facimus, ut malis expediat eſſe ; *and that of* Horace, *Ser.* 1. *Sat.* 1. Atqui licet eſſe beatis; *or of the Accuſative, as in that of* Cicero *pro* Qu. Ligario. Liceat eſſe miſeros.

Note

Note 2. *Such ſentences where* For *is thus uſed, may be varied in Engliſh, by* if, *or* that; *and in Latine by* ſi, *or* ut; *as,*

It is a ſhame, for them that are well bred to live baſely.	Turpe eſt eis, qui benè nati ſunt, turpiter vivere.
It is a ſhame, if they that are well bred, do live baſely.	Si qui benè nati ſunt, turpiter vivant, iis turpe eſt.
It is a ſhame, that they that are well bred ſhould live baſely.	Ut hi, qui benè nati ſunt, turpiter vivant, turpe eſt.

PHRASES.

He is beholden to me for his life.	Mihi vitam ſuam refert acceptam, *Cic. Phil.* 2.
He was beholden to me for ——	Ille mihi debebat, quod— *Cic.* Fam. 6. Ep. 12.
To take for granted.	Pro conceſſo ſumere, *Cic.*
To hold for done.	Pro facto habere, *Cic. Att.*
To believe for true.	Pro certo credere, *Cic.* de In.
5. I know for a certain.	Mihi eſt exploratiſſimum, *Cic.*
Taking them for enemies.	Hoſtem rati, *Flor.* 1. 18.
I ran out hither for fear I ſhould ſee	Ut ne viderem huc effugi foras, *Ter. Eun.*
For fear ye ſhould not know it, I tell you	At ne hoc neſciatis, dico, *Ter. Eun.*
10. He comes never the ſooner for that	Illâ causâ nihilo citius venit, *Plaut.*
I would but for hurting him.	Vellem ni [niſi] foret ei damno: ei nocerem.
Had it not been for you.	Abſque te eſſet, *Plaut.*
And 'twere not for this	Abſque hac unâ re foret, *Ter.*
I am ſorry for the woman	Me miſeret mulieris. *Ter. Hec.*
15. It is not for nothing, that—	Non hoc de nihilo eſt, quod ——*Ter. Hec.*
To be ones ſervant for nothing.	Servire gratis alicui, *Cic. Clu.*
You ſhall not abuſe us for nothing	Ut ne impune in nos illuſeris, *Ter.*
For the nonce.	De induſtria, *Cic.* Deditâ operâ, *Ter.*

For all that ever he could say or doe. | Quantumcunque conatus est.
What cause is there for you to despair? | Quid est quare desperes? *Sen.* 20.
He hath smarted for his folly. | Dedit pœnas vecordiæ, *Flor.* 3. 7.
For as much as. | Siquidem; [quippe cum] *Cic.* quando; quandoquidem.
For the most parts | Plerumque, *Cic.* Fere, *Ter.*
For some while. | Aliquando; [aliquandiu] *Cic. Plin.*
For fear of being yielded up. | Metu deditionis, *Tac. An.* 3. 9. 25.
They have law for it. | Iis id ipsum per legem licebit, *Cic.* in Leg. Agr.
What punishment shall we think of for him? | Quod tandem excogitabitur in eum supplicium? *Cic.*
It is not for me to speak against the authority of the Senate. | Non est meum contra Senatûs authoritatem dicere, *Cic.*
It would be more both for our good and yours. | Magis in rem & nostram & vestram id esset, *Ter. Hec.*
If it were for our profit. | Si ex usu esset nostro, *Ter.*
She is a maid for me. | A me Pudica est; Virgo est, *Plaut. Curt.* 131. 30.

Narrâtque ut virgo ab se integra etiam tum fiet, Ter. Hec. 1. 2.

For what? i. e. To what purpose. | Ut quid? *Cic. Att.* l. 7. *Par.* p. 597.
I do not speak it for this end. | Non eo hoc dico, *Plaut.*
He is fallen sick for grief. | In morbum ex ægritudine conjicitur, *Plaut.*
For example. | Ut; exempli causâ: Verbi causâ, *Cic.*

Ut Callicratides, qui, &c. Cic. 1. *Off.* 28. *vid.* Cic. 1. *Acad.* 5.

I dare not for my life. | Præ vitæ metu non ausim.
I dare not for my ears. | Præ aurium periculo non ausim.
And yet he would not for all that keep his Axe from it | Nec tamen idcirco ferrum illa abstinuit, *Ovid. Met.* 8.

Neque

Neque idcirco Cæſar *opus intermittit*, Cæſ. 1. *Bel. Civ.*

To tranſlate word for word.
Aut ſi verbum è verbo volumus, *Cic.* Acad. 46.
Verbum è verbo exprimentes, *Id. ib.* 10.
Verbum de verbo expreſſum efferre; pro verbo reddere; Expreſſa ad verbum dicere; totidem verbis transferre, *Ter. Cic.*

40. For the future —— what remains.
Quod ſupereſt, *Cic. Att.* 11. 15.

See Henceforth, r. 4.
Vide *Duruer.* p 391.

They are for the King.
Cæſaris rebus favent, *Cæſ.* 1. B. G.

CHAP. XXXV.

Of the Particle From.

I. 1. **From**) *coming after a word of* motion *before a* proper *name of* place, *is a ſign of an Ablative caſe, moſt uſually without, yet ſometimes with a Prepoſition*; *as*,

He goes from Capua to Rome.
Capuâ Romam petit, *Hor.* l. 7. Ep.

There was no news yet come from Brunduſium.
A Brunduſio nulla adhuc fama venerat, *Cic. Att.* 9. 3.

Multi principes civitatis Româ profugerunt, Cic. *Lat.* 1. *Peſſimunte diſceſſit*, Cic. *Fam.* 2. 12. *Si quæ forte navis ex Aſia venerit*, Plaut. Stich. 1. 2. *Viſam ecquæ advenerit in portum ex Epheſo navis mercatoria*, Plaut. Bach. 2. 3. *Et jam argivæ Phalanx inſtructis navibus ibat à Tenedo*, Virg. 2. Æn. *Tantus ex omnibus ſpectaculis uſque à Capitolio plauſus excitatus eſt*, Cic. *pro* Seſt. *Uſque ab Dianio*; *quod in Hiſpania eſt*, Cic. 1. Verr. *Ab Epidauro navi advectus*, Cic. 4. *Ep. Vide* Voſſ. *de Conſtr. c.* 46.

II. 2. **From**) *before a* common *name of* place, *is made by an Ablative caſe with the Prepoſition* à *or* ab: *as alſo before a word of Time, or Age*; *and noting any* Original, *or Term of Action, or Order*; *as*,

He

He ran down from the top of the tower.	Summa decurrit ab arce, *Virg. Æn.*
From that time he had them with him.	Ab illo tempore ſecum illos habuit, *Cic. Verr.* 6.
He hath had a reſpect for me from the very beginning of my youth.	Ab ineunte adoleſcentia me obſervavit, *Cic.* Fam. 13. 21.
From three a clock there was drinking and gaming——	Ab hora tertia bibebatur, ludebatur—*Cic. Phil.*
I have heard all from the beginning.	A principio audivi omnia, *Ter.*

Puppi ſic fatur ab alta, Virg. Æn. 5. *Oppidum decem millia ab mari quum aſcenderent*, Liv. *l.* 42. *c.* 38. *Hoc meditatum ab adoleſcentia debet eſſe*——Cic. *Sen. Primis & te miratur ab annis*, Virg. Æn. Hither refer all theſe, *A cunabulis*; *ab incunabulis*; *ab infante*; *ab infantibus*; *ab infantia*; *à juventa*; *à parvis*; *à parvulo*; *à parvulis*; *à puero*; *à pueris*; *à pueritia*, *&c.* which Claſſick Authors abound with. *Uſque ab aurora ad hoc quod eſt die*, Plaut. Pœnul. *Ab ſole orto in multum diei ſtetêre in acie*, Liv. 7. *Bel. Pun. Ab ovo uſque ad mala*, Hor. *Serm.* 1. *Sat.* 3. *A veſtigio ad verticem*, Plin. 7. 17.

1. *Note*, Domo *and* rure *are much uſed without a Prepoſition and ſometimes* humo; as Video rure redeuntem ſenem, *Ter. Eun.* Domo dudum huc accerſita ſum, *Plaut.* Surgit humo pigrè, *Ovid.* Met. l. 2. *Yet* Livy *hath*, Abeſſe ab domo non poſſum; *and* Dum ſenes ab domo arceſſunt, *See* Voſſ. *de Conſtruct. c.* 46.

2. *Note*; From *put for* after, *noting order of ſucceſſion is made by* a, ab; *as in theſe examples*, Tertius ab Æneâ. L. G. Qui eſt quartus ab Arceſila, *Cic.* 4. Acad. 6. *See* after, *ch.* 7. *r.* 1. *N.* 2.

The ſeventh from Adam, Jud. *Ep. v.* 14.	Septimus ab Adam, *Bez. Hier.*

3. From) *before a Participle of the preſent tenſe, is made by a Gerund in* do, *with* a, ab, *or* ex; *as.* III.

Idle perſons are ſoon diſcouraged from learning.	Ignavi à diſcendo citò deterrentur, *Cic.*

Ab invidendo rectè invidentia dici poteſt, Cic. 3. *Tuſc. Ex defendendo quàm ex accuſando uberior gloria comparatur*, Id.

1. Note,

1. *Note, If a Verb of* hindring, *or* with-holding *go before* from, *then it may be rendred by an Infinitive mood: alſo by* ne, quo minus; *and* quin, *with a Subjunctive mood*; *as,*

The winds hinder them from carrying their food home.	Pabula venti ferre domum prohibent, *Virg.* 4. *Georg.*
By their means he kept himſelf from pleading his cauſe.	Per eos, ne cauſam diceret ſe eripuit, *Cæſ.* 1. Bel. Gal.
Your ſickneſs kept you from coming.	Te infirmitas valitudinis tuæ tenuit quo minus venires, *Cic.* Fam. 7. 1.
I can hardly keep my ſelf from flying in his face	Vix me contineo, quin involem in capillum, *Ter.*

Nihil impedit, quo minus id facere poſſimus, Cic. *Fin* 1. 10. *Quis prohibet muros jacere?* Virg. Æn. 5. *Quæ res te facere id prohibet!* Ter. Hec. 2. 2. *Tun, me prohibeas meam ne tangam?* Ter. Eun. 4. 7. *Abs te peto ut me exiſtimes humanitate eſſe prohibitum, ne contra amici exiſtimationem venirem*, Cic. Att. 1. 1. *Dabas iis literas, per quas mecum agebas, ne eos impedirem; quo minus ante hyemem ædificaret*, Cic. Fam. 3. 7. *Neque te, quo minus ſententiam mutes, deterrendum puto*, Cic. Ac. 4 19. *Nec mihi tamen ne faciam interdictum puto*, Cic. *Fin* 1. 3. *Teneri non potui, quin tibi apertius declararem*, Cic. Att. 15. 1. *Nec ſe tenuit, quin contra ſuos doctores librum etiam ederet*, Cic. 4. *Acad.* 4.

2. *Note, if* from *have* far *before it, and a* verbal *in* ing *after it, then it hath ſeveral elegant ways of rendring it; which ſee in* far, ch. 33. v. 3.

IV. 4. From) *after Verbs of* differing *and* taking away, *is made ſometimes by a Dative, and ſometimes by an Ablative, with a Prepoſition; as,*

Hidden virtue differs little from buried ſloth	Paulum ſepultæ diſtat inertiæ celata virtus, *Hor.* l. 4.
They differ from us in mind and will.	Diſſident à nobis animo & voluntate, *Cic.* 1. *Verr.*
My enemies have taken a-	Inimici mei mea mihi, non

way

way from me my things, not my self.
He could take away safety from good men.

meipsum ademerunt, Cic. Att. 3. 5.
Salutem à bonis potuit auferre, Cic. de Leg.

Quibus rebus exculta hominum vita tantum distat à victu & cultu bestiarum, Cic. *Dissidens plebi numero beatorum eximit virtus*, Hor. *l.* 4. *Od.* 9. *Animus à seipso dissidens atque discordans*, Cic. *de Fin. Quantum simplex hilarisque nepoti discrepet, & quantum discordet parcus avaro*, Hor. *l.* 2. *Ep.* 2. *Sed factum tuum à sententia legis discrepat*, Cic. *pro* Planc. *Certo differt Sermoni*, Hor. *Sat.* 4. *l.* 1. *Poetæ quæstionem attulerunt, quidnam esset illud, quo ipsi differrent ab oratoribus*, Cic. *Or. Ut spem hostibus demeret*, Flor. 1. 13. *Conscia de tergo pallia deme tuo*, Ovid. 1. *Am. l.* 4. *Adimam tibi namque figuram*, Ovid. *Met.* 2. *Ut plus additum ad memoriam nominis nostri, quam ademptum de fortuna videretur*, Cic. *Ep. Sæpe periscelidem sibi raptam flammis*, Hor. 1. *Ep. l.* 17. *Neve eripite arbitrium matri secreta loquendi*, Ovid. *Met.* 4. *Sed vereor ne eripiatur à vobis causa regia*, Cic. *Ep. Quid si præripiat flavæ Venus arma Minervæ?* Ovid. *Am.* 1. 1. *Quid me mihi detrahis inquit?* Ovid. *Met.* 6. *De digito annulum detraho*, Ter. He. 4. 1. *Igitur fortuna ipsius & urbis Servatum victo caput abstulit*, Juv. 10. *Sat. Clodius pecunias Consulares* abstulit à *Senatu*, Cic. *pro* Dom.

1. Note, *The Dative case after Verbs, of* differing *is mostly Poetical.*

2. Note, *As after Verbs of* taking, *so of* distance, carrying, delivering, saving, keeping, sending, fetching, receiving, hearing, *and generally all Verbs that have the Particle* away *after them, or do import a motion or process* from, *is made by the Ablative case with a Preposition.*

5. From) *when it may have* off, *or* out *set before or after it, is made by* de, è *or* ex ; *as,* V.

The Maid lifts up her self from [id est, from off] the sod.

De cespite Virgo se levat. *Ovid.*

I will

I will ſpeak from [or out from] my heart what I think.	Equidem dicam ex animo quod ſentio, *Cic.*

Celſo omnis de colle videri jam poterat legio, Virg. Æn. 0. *ſtendebat autem Carthaginem de excelſo quodam loco*, Cic. *Som.* Scip. *Tumulique ex aggere fatur*, Virg. Æn. 5. *Cavis undam de flumine palmis ſuſtulit*, Virg. Æn. 1. *Et procul è tumulo inquit*, Ib. *Id totum habuit è diſciplina*, Cic. *See* Saturn. *l.* 2. *c.* 15. Rhen. *in* Deſpaut. *Syntax. p.* 51.

VI. 6. From) *ſometimes is included in the Latin of the foregoing Verb*; *as*,

I have uſed him not to hide ought from me.	Ne quid me celet eum conſuefeci, *Ter.*

Neque ego te celabo, neque tu me celaſſes, quod ſciet, Plaut. Stich. 1. 2. *Neſcio quod magnum malum me celat*, Ter. He. 3. 1.

PHRASES.

He asked from whence the Letter came.	Quæſivit unde eſſet epiſtola; *Cic. Verr.* 6.
Not far from hence.	Haud procul hinc, *Ovid.*
From henceforth I hope we ſhall be always friends.	Dehinc ſpero æternam inter nos gratiam fore, *Ter. Eun.* 5. 2.
He went from thence.	Inde abiit, *Ter.*
From hence it cometh to paſs that——	Inde eſt, quod——*Plin.*
From henceforth.	Exinde, *Cic.*
To deliver from hand to hand.	Per manus alteri tradere, *Cic.*
From door to door.	Oſtiatim, *Cic.*
To put off from day to day.	Diem de die differre, *Liv. Dec.* 3. l. 9.
From before the Nones of *June*, till the day before the Kalends of *September*.	Ex ante diem Non Jun. uſque ad Prid. Kal. Sept. *Cic. Att.* 3. 17.

They

They sent Ambassadors from one to the other.
They differ one from another.
He was so far from doing violence that——
So far is my oration from being weakned, that——
He hath but from hand to mouth.
He comes home from abroad, i. e. from foreign parts.
From without;——within. See within, r. 1. n.
From before, Exod. 4. 3.
From before a stone was laid, Hag. 2. 15.
From between { feet, Gen. 49. 10. teeth, Zach. 9. 7.
From beneath, Isai. 14. 9.
From above, See above, r. 5.
Even from, See even, r. 5. 6.

Ultro citróque legati inter eos missi sunt, *Cæs.*
Inter se dissident, *Cic.* 1, *de N. Deor.*
Adeo ipse non violavit, ut—— *Curt.*
Tantum abest, ut enervetur oratio, ut——*Cic.*
In diem vivit, *Cic.*
Ex tempore vivit, *Cic.*
Peregrè redit, *Ter. Ph.* 2. 1.

Extrinsecus, *Cic.* Intrinsecus, *Steph.*
A facie; à conspectu, *Jun.*
Ex quo non impositus fuit lapis, *Jun.*
E medio pedum, *Jun.*
E dentibus, *Jun.* †
Infernè; ex inferis, *Jun.*
Supernè; desuper, *Curt. Cic.*

† *Ab inter dentes.* Heb. 20.

CHAP. XXXVI.

Of the Particles Hence, henceforth, henceforward.

I. 1. HEnce) *properly signifies* from this place, *and is made by* hinc; *as*,

Will he carry her away hence? i. e. from this place.

An illam hinc abducet? *Ter. Ad.* 4. 5.

Via quæ est hinc in Indiam, Cic. *l.* 1. *de Fin. Hinc concedam in angiportum hunc proximum*, Ter. Phor. 5. 6.

II. 2. Hence) *coming after words of* time, *imports the being, or doing something* at or near *the end of that time, and is made by* ad, *or* post; *as*,

I know not what matter 'tis whether I come thither now, or ten years hence.	Nescio quid interfit, utrum illuc nunc veniam, an ad decem annos, *Cic. Att. l.* 12.
Not many days hence, Act. 1. 5.	Non post multos hos dies, *Hor.*

Some reade *urbem nostram.*

Et ego doleo si ad decem millia annorum gentem aliquam urbe nostrâ potituram putem, Cic. 1. *Tusc.* 5. 37. *Istis non multis post diebus*, Act. 1. 5. Bez. *Post aliquot mea regna videns mirabor aristas*, Virg. *Ecl.* 1.

III. 3. Hence) *sometimes notes the* Original, *or* Cause *of a thing, and then is made by* hinc, *or* ex hoc ; *as,*

Hence are those tears.	Hinc illæ lacrymæ, *Ter. And.*
Hence it comes to pass, that ——	Ex hoc evenit, ut —— *Cic. Tusc.*

Hinc ficæ, hinc venena, hinc falsa testamenta nascuntur, Cic. 2. *Off. Atque ex hoc misera sollicita est, diem quia olim in hunc sunt constitutæ nuptiæ*, Ter. And. 1. 5. † *Non dubium est, quin mihi magnum ex hac re sit malum*, Ter. Eun. 5. 5.

IV. 4. Henceforth) *is made by* posthac, quod supereſt, dehinc, *and* porrò ; *as,*

I weep to think what a life I shall have henceforth.	Lacrymo, quæ posthac futura est vita, quum in mentem venit, *Ter. Hec.*
Henceforth write, I pray you very carefully ——	Quod supereſt, scribe, quæso, quàm accuratissimè — *Cic.*
Henceforth I will put all women out of my mind.	Dehinc omnes deleo ex animo mulieres, *Ter. Eun.* 2. 2.
What remains, but that henceforth I become a miserable wretch ?	Quid restat, nisi porrò ut fiam miser ? *Ter. Hec.* 3. 1.

Posthac incolumem sat scio fore me hoc nunc si devito malum, Ter. And. *Quod supereſt, quum omnes, qui profitentur audiero, quid de quoquo sentiam, scribam*, Plin. *in Ep. At nunc dehinc spero æternam inter nos gratiam fore*, Ter. Eun. 5. 2. *Et de isthac simul, quo pacto porrò possim potiri*, Ter. Eun. 3. 3. † *Nunc tamen non amplius novimus*; yet now hence-

henceforth —— 2 Cor. 5. 16. Bez. *Ut ne simus amplius pueri*; That we henceforth — Ep. 4. 14. Bez. From henceforth is *posthac*, Rev. 14. 13. *Id quod superest*, Heb. 13. 13. *Jam nunc*, Joh. 14. 7. *De cætero*, Gal. 6. 17. *Ab hoc tempore*, Luc. 5. 10. *Ex hoc tempore*, Luc. 1. 48. Cicero in this sense useth *de reliquo*, Fam. 13. 78. *De reliquo si id quod confido fore, dignum eum tuâ amicitiâ cognoveris, peto, ut*—

5. Henceforward) *is made by* deinceps, quod V. reliquum est, &c. *as*,

Henceforward we will speak of those that follow.	Quæ sequuntur deinceps dicemus, *Cic.* de Invent.
Henceforward you shall have letter-carriers every day.	Quod reliquum est, quotidie tabellarios habebis, *Cic. Att.* 16. 13.

Quod quomodo & qualis generis faciendum sit, non pigebit deinceps præcipere, Colum. l. 6. *Quod deinceps facere constituit*, Cic. Ac. 5. 15. *Quod reliquum est, tuum munus tuere*, Cic. Fam. 10, 11. *Ne amplius ex te fructus nascatur in æternum*,——henceforward for ever, Matth. 21. 19. *Bez.*

PHRASES.

Hence is that———	Hoc nimirum est illud,—*Cic.*
Hence, i. e. away, be gone.	Apage te, *Ter. Eun.* 5. 2.
From henceforward I am resolved to be good.	Bonus volo jam ex hoc die esse, *Plaut. Perf.*

Her, *see* His, c. 38.

CHAP. XXXVII.

Of the Particle Here.

I. 1. HEre) *standing alone signifies* in this place *and is made by* hic; *as*,

I have been here a great while.	Ego jamdudum hic adsum *Ter. Eun.* 4. 6.

Hic propter hunc assiste, Ter. And. 2. 1.

II. 2. Here) *in composition signifies* this, *but with reference sometimes to* place, *sometimes unto* time *and sometimes unto* thing, *accordingly as the Particles are that it is compounded with*; *for instance*,

(1.) Here) *compounded with* about *or* away, *signifies* nigh, *or* near, *or in some part of this* place *and is rendered after the examples following*;

Hereabout, or hereaway I lost it.	Loca hæc circiter excidi mihi, *Plaut. Cistel.* 4. 2.
Hereaway, or hereabouts,	In his partibus, *Cic.* Fam.

(2.) Here) *compounded with* tofore *or* after *signifies* before, *or* after *this* time, *and is made according to the examples following*;

This is not the first time that he hath heard of it, but heretofore ——	Non hoc nunc primum audit, sed antea — *Cic. Verr.*
What he hath done heretofore, is nothing to me.	Quod antehac fecit, nihil me attinet, *Ter. And.*
Hereafter I will write more plainly to you	Posthac ad te scribam plan us, *Cic. Att.*
What Letters I shall send you hereafter ——	Quas ad te deinde literas m temus — *Cic. Qu Fr.* l.

Neque me peregrinum posthac dixero, neque —— Cic. *pro S*

Note, Olim *is applied both to the time past, and to the time to come, and so signifies both* heretofore, *and* hereafter. Olim truncus eram ficulnus— *Heretofore*—*Hor.* l. 1. Serm. Nunc mihi in mentem venit, olim quæ locuta est, *Ter. Hec.* Olim cum honestè potuit, tum non est data—*Id. Phorm.* Hæc olim (*hereafter*) meminisse juvabit, *Virg. Æn.* Non si malè nunc, & olim sic erit, *Hor.* l. 1. Carm. *Hither refer* præterhæc; *as* Præterhæc mihi non facies moram, *Plaut. Most.* 1. 1. i. e. Hereafter you shall not make me stay, See Woze, r. 8.

3. Here) *compounded with* at, by, in, of, on, upon, unto, with, *signifies*, at, by, in, of, &c. this thing, *and made by such case of* hic *as those Particles are signs of or the Prepositions made for them do govern.* III.

Herein thou hast done foolishly.	Sultè egisti in hac re, *Jun.*
Herein is love, 1 Joh. 4. 10.	In hoc est charitas, *Bez.*
Hereby shall ye be proved.	Hac re probabimini, *Jun.*
Hereby know ye the Spirit of God	Ex hoc cognoscite Dei Spiritum, *Bez.*
Yet am I not hereby justified.	Sed non per hoc justificatus sum, *Bez.*
For even hereunto were ye called	Nam ad hoc vocati estis, *Bez.*
Prove me now herewith.	Probate me jam in hoc, *Jun.*
Yet thou art not satisfied herewith.	Sed ne hoc quidem satiaris, *Jun.*

PHRASES.

Here is honey for you.	Hem tibi mel, *Plaut.*
Here's he himself.	Lupus in fabula, *Ter. Ad.*
Here's Davus come.	Hem Davum tibi, *Ter.*
I am here.	Coràm adsum, *Virg. Æn.* 1.
That my being here be no hindrance, but that——	Ne mea prælentia obstet, quin—*Ter. Hec.* 4. 2.
Here's to you.	Propino tibi, *See* Steph. *Thes.*

Propino hoc pulchro Critiæ, Cic. *Tusc.* 1.

Here's a miſerable man.	Ecce hominem miſerum, *Cic.*
There's no coming for you here, i. e. hither.	Huc tibi aditus patere non poteſt, *Cic.* Som. *Scip.*
If I had him but here now——	Qui nunc ſi mihi detur,— *Ter. Eun.* 4. 3
10. Hereupon grew great diſſenſions.	Hinc magnæ diſcordiæ ortæ, *Cic.* 1. Off.
I'll be here again by and by.	Mox ego huc revertar, *Ter. And.* 3. 2.
Here's the crime, here's the cauſe of the Servants accuſing his Maſter.	En crimen, en cauſa, cur Dominum ſervus accuſet, *Cic* pro *Deiot.*

CHAP. XXXVIII.

Of the Particle His, Her, &c.

I. 1. HIs, her, their, its, &c.) *before a Subſtantive with* own *expreſſed or underſtood, are made by the Reciproque* suus, ; *as,*

He paid me the money with his own hand.	Argentum ipſe mihi adnumerat ſuâ manu, *Plaut.*
Her own mind infected her.	Sua mens infecerat illam, *Ovid.*
They do not doe their duty.	Illi ſuum officium non colunt, *Plaut.*
Envy is its own puniſhment.	Supplicium invidia ſuum eſt, *Ovid.*

Hunc ſui cives è civitate ejecerunt, Cic. *pro* Seſt. *Quondámque ſuis* [her own] *erravit in agris*, Ovid. *Met. Nunquam nimis curare poſſunt parentem ſuum filiæ*, Plat. Stich. *Animos omnium naturâ & ſpecie ſuâ* [with its own nature] *commovet*, Cic. 2. 5. *Vid.* Alvar. *p.* 396.

II. 2. His, her, their, its,) *before a Subſtantive without* own, *are made by the Genitive caſe of a Pronoun relative*, ille, ipſe, is, &c. *as,*

His coming to you will ſufficiently commend him.	Adventus ipſius ad te ſatis eum commendabit, *Cic.* Fam.

12. Here

Here were her arms.	Hic illius arma, *Virg. Æn.* 1.
I preferred their play before my own buſineſs.	Poſtpoſui tamen illorum mea ſeria ludo, *Virg* Eccl. 7.

Illius aram Sæpe tener noſtris ab ovilibus imbuet agnus, Virg. Eccl. 1. *Collega ejus clementiſſimo primo non adverſante*——Cic. *ad* Quir. *Mihi grata, acceptáque hujus eſt benignitas*, Plaut. Stich. 1. 1. † For *ejus* Terence, as Donatus tells us, loved to uſe *ab eo*, or *eâ*, Eun. 3. 5. *Ab eo hanc gratiam, inibo*, i. e. *ejus*. Id. ib. 5. 7. *Fores crepuere ab eâ*, i. e. *ejus*. So And. 1. 1. *Ea primum ab illo animadvertenda injuria eſt*. So Petron. *Ancilla vini certe ab eo*, [i. e. *ejus*] *odore corrupta, &c.* p. 391.

1. *Note, A* Relative *is ſometimes uſed for the* Reciproque ſuus; *as*,

His own manners and life would convince him.	Eum mores ipſius, ac vita convincerent, *Cic.* pro *Syl.*

Si non poterit cauſas defenſitare, illa præſtare debebit, quæ erunt in ipſius poteſtate, Cic. 1. *Off*. *Ipſius, hoc eſt, ſua*, ſaith *Voſſius* de Analog. c. 56. *Timens ne facinora ejus* [i. e. *ſua*] *clara nobis eſſent*, Cic. *in* Salluſt.

2. *Note, The* Reciproque * ſuus *is ſometimes uſed for a Relative*; *as*,

They ſo behaved themſelves, that their counſels were approved of by the better ſort.	Ita ſe gerebant, ut ſua conſilia optimo cuique probarentur, *Cic.* pro *Sext.*

Helvetii Allobrogibus ſeſe perſuaſuros exiſtimabant, ut per ſuos [i. e. *ipſorum*] *fines eos ire paterentur*, Cæſ. 1. *Bel. Gal. Vinea ſi macra erit, ſarmenta ſua* [i. e. *ejus*] *concidito*, Cato R. R. *Ut non modò in auribus veſtris, ſed in oculis omnium ſua* [i. e. *ejus*] *furta, atque flagitia defixurus ſim*, Cic. 2. *in* Ver. *Reſpice Laerten, ut jam ſua*, [i. e. *ipſius*] *lumina condas*, Ovid. 1. *Ep*. See more in *Nizol.* and *Stephanus*, *Scalig.* de Coſſ. L. L. l. 6. cap. 130. *Saturn.* l. 5. c. 12. *Hawkins* Syntax note 37. The care here to be taken, is, that by the uſe of the Reciproque the ſentence doth not become ambiguous. For though it may be ſaid *Supplicium ſumpſit de famoſo fure, cum ſociis ſuis*, or *ejus*; yet it may not be ſaid, *ſupplicium ſumpſit de fure, & ſociis ſuis*, but *ejus*; the reaſon is becauſe *ſociis ſuis* may be interpreted *de ſociis ſumentis*

ſupplicium, as well as, *furis de quo ſupplicium ſumitur.* See *Voſſ.* de Analog. c. 56.

3. *Note*, His *having a Verbal in* ing *after it*; *eſpecially if it have* at *or* for *before it*, *may*, *with his Verbal*, *be made by* quod *and a Verb*: his *becoming he*, (*by variation of the phraſes*) *for which nothing neceſſarily is to be made*; *as*, I am *a little troubled at* [*or for*] his going away, i. e. because he is gone. Nonnihil quod diſceſſerit moveor, *See* For, *c.* 24. *r.* 11. Verbals in ing, *c* 88. *r* 8. That, *c* 75. *r.* 8. *Though I preſume it may be alſo made by a Verbal Subſtantive with* ejus, ipſius, *&c. or* ſuus.

III. 3. Him, her, them, it,) *with* ſelf *in the Nominative caſe, are made by a Pronoun relative*, ipſe, &c. *as*,

Jupiter himſelf is my father.	Pater eſt mihi Jupiter ipſe *Ovid.* Met.
The Common-wealth it ſelf hath brought me back into the City.	Me in Civitatem reſpublica ipſa reduxit, *Cic.* ad *Quir.*

Quibus ipſe regna dederat, ad eos inopi ſuppléxque venit, Cic. *ad* Quir. *Æquitas enim lucet* ipſa, *per ſe*, Cic. 1. *Off.*

IV. 4. Him, her, them, it,) *with* ſelf *in the Oblique Caſe, are made by the Pronoun Reciproque* ſui, &c *as*,

Not ſo much to ſave themſelves——	Non tam ſui conſervandi causâ, *Cic.*
He ſets too much by himſelf	Nimium tribuit ſibi, *Quint.*
Of it ſelf it liketh us.	Per ſe nobis placet, *Cic.* 2. Off.
This ſhe believed would be the end of her ſelf.	Hunc ſui finem crediderat, *Tac.* Ann. l. 4. p. 351.

Eorum eſt hæc querela, qui ſibi chari ſunt, ſeſeque diligunt, Cic. 5. *de Fin.* *Æquitas enim lucet ipſa per ſe*, Cic. 1. *Off.* *Tum ſui ſpeculatione divina tum tuis rationibus invicta patuerunt*, Boeth. *Conſ. Phil l.* 4. *Proſ.* 1. *Vid.* Alvar. *p.* 395.

5. Him,

5. Him, her, them, it, *without* self) *are made by some Pronoun Relative, viz.* hic, ille, ipse, is, *or* iste; *as,* V.

His own Citizens cast him out of the City.	Hunc sui cives è civitate ejecerunt, *Cic. pro Sest.*

Eum [him] *mores ipsius ac vita convincerent*, Cic. *pro* Syl. *Sua mens infecerat illam*, Ovid. *Met.* 2. *Quibus ipse regna dederat, ad eos inops supplexque venit*, Cic. *ad* Quir. *See* It, *c.* 43. *r.* 2.

1. *Note, The Reciproque* sui * *is sometimes used for a Relative; as,*

This she is afraid of, that you will forsake her.	Hoc timet, ne se [i.e. ipsam] deseras, *Ter. And.* 1. 5.

Aut ille tibi luctum pariet aut tu sibi, Petrarcha, *l.* 1. *Dial.* 82. *Lepidus ursit me, ut legionem tricesimam mitterem sibi*, Asin. Ciceroni *Fam. l.* 10. *Sis licet inde sibi tellus placata, levisque*, Mart. 6 52. *Rogat & precè cogit, scilicet ut tibi se laudare & tradere coner*, Hor. *Ep. l.* 9. *Puer ad tuum formetur arbitrium multum sibi dabis, etiamsi nihil præter exemplum dederis*, Sen. *ad* Albin. *Sine labore hanc gratiam, te ut sibi des, pro illa nunc rogat*, Ter. Hec. 3. 3. *Hujus diei vocem testem reipub. relinquerem meæ perpetuæ erga se voluntatis*, Cic. 1. Phil. *Si vos me sibi non reddidissetis*, Cic. *ad* Quir. *Unum hoc scio, meritam esse ut memor esset sui*, Ter. And. 1. 5.

2. *Note, A Relative is sometimes used for the Reciproque* sui; *as,*

He desires not that you would think him miserable, if he be not also innocent.	Non petit, ut illum [i.e. se] miserum putetis, nisi & innocens fuerit, *Quint.* 1. Decl.

Factus est alter ejus sistendi vas, ut si ille non revertisset, moriendum esset ipsi. i. e. *sibi, sc. vadi*, Cic. 3. *Off. Non si nuper repugnâsset, si illum* [i. e. *se*] *Tribunus voluisset occidere*, Quintil. *Perfuga Fabricio pollicitus est, si præmium ei* [i. e. *sibi*] *proposuisset, se Pyrrhum veneno necaturum*, Cic. 3 *Off. Neque ignoravit, quæ manerent eum* [i. e *se*] *pericula*, Quintil. 3. *Decl.*

Abisari

Abiſari Alexander nunciari juſſit, ſi gravaretur ad ſe venire, ipſum [i. e. *ſe*] *ad eum eſſe venturum*, Curt. *l.* 9.

Submonition, *This may be done when the expreſſion will be clear from all ambiguity; as when we uſe* inter *after a Genitive, Dative, or Ablative caſe.* Quâ ſocietas hominum inter ipſos & vitæ quaſi communitas continetur, *Cic.* Off. Una ſpes eſt ſalutis iſtorum inter iſtos diſſenſio, *Cic. Att.* 2.7. Grammaticis inter ipſos pugna eſt, *Quintil.* 8 6. *Alſo when the uſing of the Reciproque would ſeem harſh or inſolent, as when a Noun Adjective or Participle were to be immediately joined with the Reciproque in the Dative or Ablative (not to ſay the Genitive) plural; as in this,* Sibi verum dicentibus credi voluerunt; *and this,* Hoc ſe abſentibus fieri juſſerunt, *perhaps it is better to ſay,* ipſis dicentibus, *and* ipſis abſentibus; *I ſay but* perhaps, *let the more learned determine. And it is needful to be done when otherwiſe the expreſſion will be ambiguous; as in that,* Rogavit Nero Epaphroditum, utſe occideret, *it is ambiguous whether* ſe *be referred to* Nero, *or* Epaphroditus; *which would be more clearly expreſſed by a Relative,* Rogavit Nero Epaphroditum, ut ipſum [i. e. Neronem] occideret. *See* Scalig. *Cauſſ. L. L. l.* 6. *c.* 130. Saturn. *Inſtit. Gram. l.* 5. *c.* 12. Hawkins. *Syntax. Note* 37. Daneſ. *Schel. l.* 3. *c.* 7. Farnab. *Gram. p.* 53. Voſſ. *de Conſtruct. cap.* 56. Fr. Sylv. *Progymnaſ. Centur.* 3. *c.* 99.

Note, There is an elegant conſociation made of the Relative ipſe *in the Nominative caſe, with the Reciproque* ſui *in an oblique caſe when the conſtruction would permit that they might both be of the ſame caſe; as,*

Se Fannius ipſe peremit. Mart. *Seque ipſe per ignem præcipiti jecit ſaltu,* Virg. Æn. 8. *Quoniam ſe ipſe conſulto ad minutarum generâ cauſarum limaverit,* Cic. *de Opt. Gen. Orat.* See more in Self.

Sui & Suus *non ſunt proprie Relativa: nam quæ verè relativa ſunt, ſemper egent verbo diverſo à præcedenti; & niſi ſenſus aliquis præcedat, locum non habent, Reciproca vero ſæpenumero uno verbo ſunt contenta, nullo præcedenti ſenſu: ut* Pompeius ſe defendit, Cæſar hortatur *ſuos milites*, Alvar. *Rudim. p.* 131.

PHRA-

PHRASES.

I saved him twice, once by himself, another time together with others.	Bis à me ſervatus eſt, ſeparatim ſemel, iterum cum univerſis, *Cic.* pro *Dom.*
If she shall commend his beauty, do you again commend hers.	Si laudabit hæc illius formam, tu hujus contra, *Cic.* in Ep.
A wise man doth nothing against his will.	Sapiens nihil facit invitus, *Cic.* in Parad.
She made him look like himself again.	Totam illi formam ſuam reddidit, *Petron.*

CHAP. XXXIX.

Of the Particle Hither and Hitherto.

1. Hither) *importing* hitherward, *or* toward this place, *is made by* horſum ; *as*, I.

They come hither.	Horſum pergunt, *Ter. Hec.*

Surrexit, horſum ſe capeſſit, ſalva res. Plaut. Rud.

2. Hither) *importing* to this place, *is made by* huc ; *as*, II.

Hoe! call Davus out hither.	Heus! evocate huc Davum, *Ter. And.* 3. 3.

Huc deductus eſt ad Thaidem, Ter. Eun. 1. 2. *Sed huc quâ gratiâ te accerſi juſſi, auſcultа*, ib. † For *huc* anciently *hoc* was uſed. Hence *Virgil.* Æn. 8. Hoc *tunc ignipotens cælo deſcendit ab alto*, i. e. *huc*, Planc. *ad* Ciceron. *Hortor te, mi Cicero, exercitum* hoc *trajiciendum quàm primum cures*, Ter. And. 1. 2. *Hoc advenienti quot mihi Mitio dixere?* See *Schrevel.* in loc. *Terence* ſeems to uſe *horſum* alſo for *huc*, Eun. 2. 1. *Noctu te adigent horſum*, h. e. *ad urbem agent*, Donat. *in loc.*

3. Hither)

III. 3. **Hither**) *applied (as ſometimes it is) to a Subſtantive, is an Adjective, noting* the nearer of two, *and made by* citerior ; *as,*

He wrote me word that Pompey was fled into the hither Spain.	Ad me ſcripſit, Pompeium fugiſſe in Hiſpaniam citeriorem, *Cit. Att.* l. 12.

Sum in expectatione omnium rerum, quid in Gallia citeriore, quid in urbe Januario menſe geratur, ut ſciam, Cic. *Fam.* 10. 4.

IV. 4. **Hitherto**) *either ſignifies* to this time, *and is made by* adhuc, *or* uſque adhuc , *as,*

Nevertheleſs I will intreat Cæſar for you, as hitherto I have done.	Ego tamen Cæſari pro te, ſic ut adhuc feci, ſupplicabo, *Cic.* Fam. 6. 15.
Hitherto we have loytered.	Ceſſatum eſt uſque adhuc, *Ter.*

Or elſe thus far, *or* to this term, *or* place, *and is made by* hactenus ; *as,*

Hitherto I have ſpoken of the tillage of fields.	Hactenus arvorum cultus, *Virg.* Georg. 2.

Hactenus mihi videor de amicitia, quid ſentirem potiſſimè dixiſſe, Cic. *de Am. Quamobrem hæc quidem hactenus,* Cic. Att. 16. 14.

Note, *This difference between* adhuc *and* hactenus, *is not ſo perpetual, but that* hactenus *is alſo applied unto time.* Hactenus exiſtimo noſtram conſolationem recte adhibitam eſſe, quoad certior fieres iis de rebus—*Cic.* Fam. 4 3. Tolle fugâ Turnum, atque inſtantibus eripe fatis: Hactenus indulſiſſe vacat——— *See* Durrer. *p.* 162. Pareus *p.* 211.

PHRA-

PHRASES.

Come hither.	Adeſdum; Ehodum ad me, *Ter.* Huc ades, *Virg.*
Hither and thither.	Huc illuc, *Tacit.* huc & illuc, *Cic.* Huc, & huc, *Hor.* Nunc huc, nunc illuc, *Virg.*

CHAP. XL.

Of the Particle How.

1. HOW) *before an Adjective, or Adverb of* magnitude, *viz.* great, greatly, &c. *is made by* quam; *as,* 1.

When underſtand not how great a revenue good thrift is.	Non intelligunt homines, quàm magnum vectigal ſit parſimonia, *Cic.* Parad. 6.
It is not to be ſaid how greatly I fear.	Dici non poteſt, quàm valde timeam, *Cic.* Fam. 7. 15.

Removere omnia, quæ obstant, & impediunt, Cic. *in Acad. Nec ætas impedit, quo minus agri colendi studia teneamus,* Id. Hither refer *teneo, detineo, destineo, præpedio, remoror, obsisto, prohibeo, interrumpo, interpello, intercludo, adversor, obluctor, tardo, subtraho moram offerre, viam obsepire,* &c.

4. **Let**) *coming before another Verb without any sign of a Verb before it self, is generally the sign of an Imperative Mood; as,* IV.

Let them go home.	Domum abeant, *Plaut. Pœn.*
Let them have regard to piety.	Pietatem colunto, *Cic.* 3. *de Leg.*

If the Verb be of the first person, then **let** *is a sign of the Present tense of the Subjunctive mood; as,*

Let me not live, if——	Ne vivam, si——*Ter.*

Emoriar

Emorjar ſi——Ter. *Fac videam ſi me vis vivere*, Plaut. Epid. 3. 5. In this kind of conſtruction there is an Elliptis of *ſine* or *permitte ut*. Yea, *amet*, *amemus*, *ament*, *ametur*, *amemur*, *amentur* are voices of the Subjunctive Mood.

V. 5. Let) *having an Adjective, or the Particle* à *coming next before it, is a Subſtantive importing* hindrance *or* delay, *and made by* mora, &c. *as*,

I will be no let to you.	In me nihil erit moræ, *Ter.*
Nature is a let to commodity.	Commoditati ingenium eſt impedimento, *Cic.*

Nequaquam tantâ in morâ eſt, quantâ——Cic. *Fam. Ep.* 10. 31. *Niſi quid impedimenti in viâ paſſus eſt* Plin. *Ep.* 12. *l.* 2.

VI. 6. Let) *coming together with* in, *or* into, *ſignifies* to give admiſſion, *or* entrance to, *or* to ſuffer to come in, *and is made by* admitto, *or* intromitto, &c. *as*,

To let one in that ſtands at the doors.	Ante fores ſtantem admittere, *Mart.* 1. 26.
See you let no body into the houſe.	Cave quenquam in ædes intromiſeris, *Plaut. Au.*

Eo ad eam non admiſſa ſum, Ter. Hec. 2. 1. *Nemo voluit Soſtratam intro admittere*, Ter. Hec. 3. 1. *Heri nemo voluit viſentem te ad eam intromittere*, Ib. 2. 1. *Recepti in provinciam non ſumus*, Cic. *pro* Lig.

VII. 7. Let) *applied to* houſe, ground, money, *&c. ſignifies* to put forth to hire for rent, *or* uſe, *&c. and is reſpectively to be made by* loco, *or* e-loco, *&c. as*,

When the Conſuls had let their houſes.	Cùm Conſules ædes ſuas locaviſſent, *Cic.* in *Ver.*
He ſaid the ground was let.	Fundum elocatum eſſe dicebat, *Cic. Ver.*
I cannot let a penny of money to any body.	Locare argenti nemini nummum queo, *Plaut. Moſtell.*

Agri

Agri à Cenſoribus locati ſunt, Cic. *cont.* Rull. *Maximè vexant ſervi, qui boves elocant*——Colum. 1. 7. *Pecuniam fœnori dabat*, Cic. *in* Ver.

PHRASES.

Let the old man come, I will let you know.	Cedo ſenem, *Bud.* Tibi notum; te certiorem faciam, *Plin. Cic.*
Let me alone.	Fer me, *Ter. He.* 4. 2.
To let one blood.	Venas alicui incidere, *Cic.*
He was let blood without any pain,	Miſſus eſt ſanguis ſine dolore, *Cic. Att.* 1. 13, 5.
The image was let down with engines.	Machinis demiſſum eſt ſimulachrum, *Sal.* 3. Hiſt.
You will not let me die.	Mori prohibes, *Calp. Fl.*

CHAP. XLVI.

Of the Particle Like.

1. LIke) *importing reſemblance of* quantity, *or* quality, figure, form, *or* ſhape, &c. *in one thing to another, is made by* par, ſimilis *or* æquus; *as*, 1.

Had there been in us the like skill that there is in him.	Si par in nobis, atque in illo ſcientia fuiſſet, *Cic.* 2. Nat.
You are like your Maſter.	Domini ſimilis es, *Ter.*
They both have like terms.	Æqua utriſque conditio eſt.

Par levibus ventis, volucrique ſimillima vento. Virg. Æn. 2. *Quem metuis par hujus erat*, Lucan. *l.* 10. *Utinam mihi eſſet pars æqua amoris tecum*, Ter. Eun. 1. 2. *Tam conſimilis eſt quàm poteſt*, Plaut. Menæch. 5. *ult.*

Note, Par *and* æquus *properly belong to quantity*, ſimilis *to quality.*

2. Like)

II. 2. **Like**) *denoting to* approve, delight in, *or* be pleased with, glad of, &c. *is made by a Verb, or Phrase of that import* ; viz. probo, gaudeo, cordi est, &c. *as,*

You will like the doing of it, If you like it.	Gaudebis facto, *Ter.* Si tibi istuc placet, cordi est, *Cic.*
I like it well.	Magnopere probo, laudo, *Cic.*
I like your Counsel.	Consilium placet, *Plaut.*

Ennio delector, Cic. *Isocratem maximè mirantur*, Id. *Cujus in negotiis gerendis magnitudinem animi non tam homines probassent, nisi* —— Id. *pro* Rab. *Epiroticam emptionem gaudeo tibi placere*, Id. Att. 1. 4. *Dicit sibi complacitam ejus formam*, Ter. He. 4. 4. *Uterque utrique est cordi*, Id. Phor. 4. 3. *Arridentmihi ædes*, Plaut. We say in English, It likes me for I like it, &c. where *like, likes*, or *liketh*, signifie *please*, or *pleaseth*. *Accipio*, Ter. And. 5. 4. 48. *Ita isti faveo sententiæ, I so like that opinion*, Cic. *Tusc.* 1.

III. 3. **Like**) *importing* likelihood, *or* probability *of some success, or event hoped, feared, desired*, &c. *is made by* verisimile, probabile, *or* credibile est ; *as,*

It is very like so.	Est verisimile, *Ter. He.* 5. 1.
Like enough so.	Satis probabile est.
It is very like you do ask.	Te credibile est quærere, *Ovid.*

Non est verisimile, ut Chrysogonus horum literas adamârit, Cic. *pro* Rosc. Am. *Non est probabile.* Cic. 4. Verr. *Qualem credibile est ore fuisse meo*, Ovid. *Trist.* 3.

Or else according to some such form of speech as these following.

We are like to have war.	Impendit nobis belli timor, *Cic.*
I am like to lose my credit.	Periculum famæ mihi est, *Cic.*
There was like to be peace	In spe pax fuit, *Cic.*

You

You are never like to ſee me more.	Hodie poſtremum me vides, *Ter.*
The left wing had like to have been routed.	Prope erat, ut ſiniſtrum cornu pelleretur, *Liv.*
Like to die.	Ferme moriens, *Ter. And.*
His camp was like to be taken.	Caſtris capi imminebat, *Flor.* 4. 6.

Periculum eſt ne incidam in manus perditorum, Cic. Att. *l.* 8. I am like to fall into —— *Dignitas ejus & ſalus in diſcrimen venit*, Cic. pro S. Roſc. *Ita ſecuta eſt minor vis hoſtium, quam imminebat*, Flor. 4. 10. —— than was like to have come. *Prope ut plecteretur fuit*, A. Gel. 4. 20. *Prope eſt factum, ut injuſſu Prætoris in aciem exirent*, Liv. *l.* 5. *bel. Pun. Expiranti ſimilem miniſtri manu excipiunt*, Curt. *l.* 3.

4. Like) *ſometimes is put to ſignifie* after the guiſe, garb, manner, faſhion, way, courſe, &c. *and then is made by an Adverb denoting that* guiſe, garb, &c. *or ſome Phraſe of like import*; *as*, IV.

You do [or deal] like a friend.	Facis amicè, *Cic.*
He was brought up like a Gentleman, or Gentleman like.	Liberè eductus; liberaliter educatus eſt, *Ter. Cic.*
It was more like a city than a village.	Non fuit vici inſtar, ſed urbis, *Cic.*
Like hail	In modum grandinis, *Flor.*
It broke out like a ſtorm.	Velut nimbus erupit, *Flor.*
They look'd like ſlain men.	Cæſorum ſpeciem præbuerunt, *Flor.* Ib.
He carried himſelf like a Conqueror.	Pro victore ſe geſſit, *Curt.* l. 4.

Viriliter, magnóque animo ſit, Cic. 1. *Off.* —— like a man —— *Tibi perſuadeas te à me fraterne amari*, Cic. Att. 1. 4. *Muſice hercle agitis ætatem.* Plaut Moſt. 3. 2. —— like ſoldiers *Furenti ſimilis primam in aciem procurrit*, Flor. 4. 2. *Pecorum modo fugientes cecidere*, Liv. *l.* 4. 6. 25. —— like ſheep —— *Ut furiæ, ſic tuæ tibi occurrunt injuriæ*, Cic. 2. *Parad.* —— like furies —— *Hunc ut comites conſequuntur* —— Cic. *Som. Scip. Ad ſimulachrum igneum* [like fire] *ardens pharus*, Flor. 4. 2. *Homini illico lachrymæ*

cadunt

çadunt quaſi puero, Ter. Eun. 5. 6.—like a child. *Ceſtius Senator diſſernit principes inſtar deorum eſſe*, Tacit. *Non pudet in morem diſcincti vivere Nattæ?* Perſ. *Servilem in modum cruciari*, Cic. 2. Ver. *Ita ſe jam tum geſſit pro cive*, Cic. *pro* Arch. *Gigantum more* [like the Giants] *bellare cum diis*, Cic *de Sen. Repræſentare faciem veri maris*, Colum. 8. 17. *Referre patrem; mores patris, ſaporem ſalis; eundem in cudendo ſonum; vicem*, Plin. Virg. Cic. Ovid. *Effigiem thuris habere; dei in ſe oſtendere*, Plin. *Ad Effigiem chlamydis, in effigiem pelagi*, Plin. Sil. *Vino colorem reddere*, Plin.

V. 5. **Like**) *coming together with any of theſe Particles*, as, ſuch, manner, ſort, &c. *is made by* Quemadmodum, ſicut, pariter ac, itidem, id genus, hujuſmodi, ejuſmodi, iſtiuſmodi, ſimiliter, *and* perinde *with* ac, *or* ut ſi, &c. *as*,

Like as it is a wiſe man's part courageouſly to undergo ſudden chances, ſo=	Quemadmodum ſapientis eſt, fortuitos caſus magno animo ſuſtinere, ita—*Colum.*
They doe in like manner, as if ——	Similiter faciunt ac [ut] ſi, *Cic.*
You are always deviſing me ſuch like things.	Hujuſmodi mî res ſemper comminiſcere, *Ter. He.* 4. 5.

Quemadmodum *ſocius in ſocietate habet partem, ſic hæres in hæreditate habet partem*, Cic. *pro* Roſc. Com. Sicut, *tibi curæ eſt ſentire cives tuos, quanto per te onere leventur; ſic mihi laborandum eſt, ne*——Liv. *Dec.* 3. *l.* 10. Pariter *nunc operâ me adjuves*, ac *dudum re opitulata es*, Ter. Phor. *Utinam* pariter *fieret*, ut *aut hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet, aut*——Ter. Eun. *Orationes, aut aliquid* id genus *ſcribere*, Cic. *Alia ejuſdem generis*, Cic. *In hominum ætate multa eveniunt* hujuſmodi, Plaut. Amph, *Venio nunc non ad furtum ſed ad ejuſmodi facinus in quo omnia ſcelera contineri atque ineſſe videantur*, Cic. Ver. 6 Iſtiuſmodi *civium magna nobis penuria eſt*, Ter. Ad. Similiter *facis* ac *ſi me roges, cur*—Cic. 3 *de Nat.* Similiter *faciunt*, ut *ſi nautæ certarent, quis eorum potiſſimè gubernaret*, Cic. 1. *Off. Quod ego* perinde *tuebar*, ac *ſi uſus eſſem*, Cic. Att. *l.* 13. *A te peto ut meas injurias* perinde *doleas*, ut *me exiſtimas & dolere, & tuas ulciſci ſolere*, Cic. *Fam. l* 8.

PHRA-

PHRASES.

You ſhall have like for like.
I will doe the like for you.
Give him like for like.
Like will to like, Adag.

Like lips like lettice, Adag.

The reſt did in like manner.
They had ſuffered the like the year before.
If any the like thing fall out.
They will ſhew they do not like the name.
You have done like your ſelf.
This is done like your ſelf.
They are feared like maſters.
It flies like an arrow out of a bow.
The like was never known.

Scarce any one eſcaped the like death.
They were not ſuch as you like.
All do not ſtand in like need.
You are like to ſtay till ——
If any one do like any thing better than the reſt ——
As you like your ſelf.
To hunt about [and ſearch] like a thief.
Like us.

Reddetur opera, *Plaut.*
Reddam vicem, *Plin* l. 2. Ep.
Par pari referto, *Ter. Eun.*
Simile ſimili gaudet; Pares cum paribus facillimè congregantur, *Cic.*
Similes habent labra lactucas.
Cæteríque idem fecerunt, *Curt.*
Eadem ſuperiore anno perpeſſi ſunt, *Cæſ.* 3. Bel. Civ.
Si quid hujus ſimile evenerit, *Ter. He.* 3. 2.
Oſtendent, ſibi nomen diſplicere, *Cic.* 1. de Agr. Leg.
Te dignum feciſti, *Ter Eun.* 5. 2.
Ad ingenium redis, *Ter. Hec.*
Tanquam domini timentur, *Cic.* Parad. 5.
Illa Noto citius, volucríque ſagitta fugit, *Virg Æn.* 5.
Quod nemo unquam memminerat, *Flor.* 4. 2.
Haud fere quiſquam talem interitum effugit, *Cic* 2. Off.
Non tui ſtomachi fuerunt, *Cic.* Fam. 1. 1.
Non æque omnes egent, *Cic.* 2. Off
Expectandum eſt tibi dum.
Si qua eſt habitior paulo — *Ter. Eun.* 2. 3.
Arbitratu tuo, *Plaut. Amph.*
Furaciſſimè ſcrutari, *Cic.* in *Vat.*
Item ut nos, *Pl Pſeud* 1. 2.
Itidem ut —— *ib.* 3.

There

There came into Italy new birds like Thrushes ——	Venêre in Italiam novæ aves turdorum ſpecie —— *Plin.* 10.
He grows like his Grandfather.	In avi mores abibit, *Liv.*
25. Like cover like cup, Adag.	Dignum patellâ operculum.

See my Maſter Clark's Adagia Anglo-Latina, *pag* 285, &c.

CHAP. XLVII.

Of the Particle Little.

I. 1. LIttle) *having a Subſtantive coming together with it, is made by* parvus, exiguus, *or ſome Adjective of like import; as,*

No little kindneſs.	Non parvum beneficium, *Cic.*
There is a little difference betwixt us.	Eſt quædam inter nos parva diſſenſio, *Cic.* 1. Leg.
We are hindred by a little water.	Exiguâ prohibemur aquâ, *Ovid. Met.* 3.

Inventum, ut ova in calido foco impoſita paleis igne modico *foverentur,* Plin. 10. 55. *Terra malos homines nunc educat atque* puſillos, Juv. 15. *Sat. Quippe* minuti *ſemper & infirmi eſt animi* exiguique *voluptas Ultio,* Juv. 13. *Sat.* O parvi *noſtrique lares quos thure* minuto, *Aut farre & tenui ſoleo exornare coronâ,* Juv. 9. *Sat.* Auguſtique *imbrice tecti parietibuſque premunt* actis, Virg. 4. *Georg.* Brevis *eſt via,* Virg. *Ecl. Ad* breviſſimum *tempus,* Cic. *Ordeo* non multo *meos alo aſinos,* [—with a little barley] Varro *R. R.* 3. 16.

Or elſe by ſome diminutive Noun either Subſtantive or Ajective; as,

A little field.	Agellus, *Varr.* R. R. 3. 16.
For ſo little a cauſe?	Tantulâne cauſa? *Cic. Att.*
How little ſoever it be?	Quantulumcunque eſt, *Quin.*

Agelli *eſt hic ſub urbe paulum, quod locitat foras,* Ter. Ad. 5. 8. *Huic aliquid* paululum *præ manu dederis,* Ter. Ad.

Ad. 5. 9. Subtriſtis *viſus eſt eſſe* aliquantulum *mihi*. Ter. And. 2. 6. Infinite almoſt are the particular words hither referrable; the general terminations of them are many, viz. *lus, la, lum*; *as, filiolus, adoleſcentulus, cultellus, tantula, fureilla, ciſtella, vaſculum, cruſculum. oſcillum*: ſo *io.* as *ſenecio, puſio*; *iſcus*, as *ſyriſcus*; *aſter*, as *ſurdaſter, paraſitaſter, poetaſter, &c.* of which ſee *Voſſ.* de Analog. lib. 2. cap. 29.

Note, *Sometimes* little *refers to a Subſtantive not expreſſed and then it is made by an Adjective of the neuter Gender, as if it ſelf were a Subſtantive*; *as*, Men live beſt with a little. Vivitur exiguo melius, *Claud.* So Redime te captum quàm queas *minimo*, [—for as little as you can] *Ter. Eun.* 1. 1. Vivitur *parvo* benè, *Hor.* 2. Carm. Od. 16. *Paululo* tum erat contenta, *Ter. He.* 3. 1.

2. Little) *before an Adjective of the poſitive degree, is made by* aliquantum, *and* nonnihil; *as*, II.

I believe you are a little fearful.	Credo timida es aliquantum, *Plaut. Bacch.*
Theſe things are a little troubleſome to me.	Nonnihil moleſta ſunt hæc mihi, *Ter. Ad.* 1. 2.

Note, Little *in this ſence is a note of ſome kind of immiſnution, and ſtands for* ſomewhat, *or* in part: *and it may elegantly be rendred by an Adjective, or Adverb of the Comparative degree, as in that of* Virg. 1. Æn *Triſtior, & lacrymis oculos ſuffuſa nitentes.* Hoc eſt, non quidem *admodum triſtis*; ſed tamen *ſolito triſtior, ſubtriſtis*, vel *ex parte triſtis*; (*ſaith* Voſſius *agreeing with* Priſcianus.) *A little, or ſomewhat ſad.* So Durius incedit, fac ambulet, *Ovid.* 1. de Remed. Am. *Ubi durus eſt* duriuſculè (*ſaith* Voſſius) *a little, or ſomewhat hard. To expreſs this diminution a little more fully*, paulo, *or ſome ſuch like word is added ſometimes to the Comparative degree*; *as* Siqua eſt habitior paulo, pugilem eſſe aiunt, *Ter. Eun.* 2. 3. Eum labor & cura torquet verentem ne paulo obſoletior fuerit oratio, *Cic.* 2 de Orat. Egitque aliquanto incivilius & violentius, *Suet. Tib.* Cap. 6. *See* Voſſ. *de Analog. l.* 2. *c* 23. Dineſ. *Schol. l.* 1. *c* 46. *Sometimes* little *in this ſence, will be conveniently made by an Adjective in* ulus,

or uiculus, *as* rancidulus; putidiuiculus; *and an Adverb in* uiscule *formed of the Comparative degree; as* meliuiscule. (a little better) *of* melius: Cùm meliuiscule tibi esset, *Cic.* in Ep. *like as are the Adjectives in* uisculus *that so signifie.* Meliuiscula est, [She is a little better than she was] *Ter. Hec.* 3. 2.

III. 3. Little) *before a word of the Comparative degree, is made by* aliquanto, *and* paulo; *as,*

A little more than they were able to bear.	Aliquanto amplius quàm ferre possent, *Cic. 6. Ver.*
Not a little wiser	Non paulo sapientior, *Hor.*

Domus ei magnifica: sed aliquanto præstantior in eodem palatio, Qu. Catul. Plin *l.* 17. *c.* 1. And so *Ter.* useth *aliquantum* also; *Ejus frater aliquantum ad rem est avidior;* Eun. 1. 2. *Se paulo minus quam privatum egit,* Suet. Tib. c. 26. —*Libertus paulo uti aliquâ re,* Cic. *in Orat. Tardior paulo,* Hor. de Art.

So is it also made when it hath before, after, otherwise, *coming after it, as,* Quum ille aliquanto ante te Prætorem [A little before you were Prætor] esse mortuus, *Cic. Verr.* 4. Et aliquanto ante [a little before] constituere, quid accidere possit, *Cic.* 1. Off. Aliquanto post [a little after] argentaria dissoluta, *Cic.* pro *Cecin.* Tibi equidem dedi illam ad Phrygionem ferres paulo prius [a little before] *Plaut. Menæch.* De quo dicam equidem paulo post [a little before] *Cic.* de Nat. Deor. Eadem enim sunt membra in utrisque disputationibus, sed paulo secus [a little otherwise] à me atque ab illo partita ac distributa, *Cic.* 3. de Orat.

IV. 4. Little) *coming before a Verb is made by* paulum, nonnihil, parum, aliquantum, aliquantulum, paululum, &c. *as,*

Though they may jar a little.	Quamvis paulum discrepent *Cic.* 1. Off.
I believe you do a little wonder, what the matter should be.	Credo te nonnihil mirari quid sit quapropter—— *Ter. Hec.* 5. 1.

It

It would advantage me little.	Mihi parum profit, *Ter. Hec.* 5. 2.
The old form of it is little changed.	Aliquantum vetus forma mutata est, *Plin.* l. 3. c. 3.
Spare your self a little.	Aliquantulum tibi parce, *Ter.*
Let me come to my self a little.	Paululum sine ad me ut redeam, *Ter. And.* 3. 5.

Paulum *sepultæ distat inertiæ celata virtus*; Hor. *l.* 4. *Od.* 9. *Ædepol id* modicum *curat*; Plaut. *Sed si* pauxillum *potes contentus esse*, E. *Nè* perpauxillum *modo*, Plaut. Captiv. Nonnihil *commoveor*, Cic. *pro* Quint. *Imo duas dabo una si* parum *est*, Plaut. Stich. *Abscede ergo* paululum *isthinc*; Plaut. Asin. *Qui processit* aliquantum *ad virtutis aditum*. Cic. 3. *de Fin. Illius conatus* aliquantulum *repressissem*, Cic. 4 Ver. Hither may be referred *modicè leviter*, and such like words, as are used to note the doing of a thing sparingly, and in little measure. *Leviter inter se dissident* [—a little at odds—] Cic. Att. *l.* 1. *Ea res modicè me tangit*, Cic. Att. *l.* 2. *Bacillum incurvum & leviter à summo inflexum*, Cc. 1. *de Div. Scripsi te parce* [little] *medius fidius, & timide*, Cic. *Fam.* 6. 7.

Note, *If* little *come together with a verb signifying to* esteem, *and* value; buy *or* sell, *it is made by* parvo, minimo, paululo, tantulo, *as*, Nisi forte parvo te æstimas, *Sen.* 1. de Benef. Quid agas? Nisi ut te redimas captum, quam queas. minimo: si nequeas paululo, at quanti queas, *Ter Eun.* 1. 1. Haud illi stabunt Æneia parvo Hospitia, *Virg. Æn.* 10. Cur tantulo venierint? *Cic. in these* pretio *is understood*; *for as* Val. Max. *said*, Magno ubique pretio virtus æstimatur, *lib.* 8. *cap.* 4. *So* Martial *said*, parvo cum pretio diu liceret, *lib.* 6. *Ep.* 66. *And so* Gell. Libros tres reliquos mercatur nihilo minore pretio, *lib.* 1. *cap.* 19. *And this Ablative is governed of* pro *understood, saith* Voss. *de* Const. *c.* 47. *And after Verbs signifying to* esteem *or* value *it is also made by* parvi; *as*, Dumne ob malefacta peream, parvi id æstimo si ego hic peribo, *Plaut Capt.* 3. 5. Pericula mortis atque exilii, parvi esse ducenda, *Cic.* pro *Arch.* Parvi isthuc facio, dummodo — *Plaut. Mil.* Quis hic est, qui Deos tam parvi pendit? *Plaut Rud.* 3. 2. *Which Adjective agrees with* pretii, *or* æris *understood*; *which again is governed of* res, *or* pro re *understood, so as that* parvi duco,

is to be supplied, rem parvi pretii duco, *or* pro re parvi pretii duco, *saith* Voss. *de Constr. cap.* 29. † *Hither refer* parvi *used after* refert; *as*, Parvi retulit non suscepisse, *Ter. Ph.* 4. 3. Etenim illud primum parvi refert vos amissa vectigalia recuperare, *Cic.* pro Leg. *Man. So after* interest; *for* magni interest *being ordinarily read*, Cic. *in* Brut. *&* Fam 15. 11. *no doubt* parvi interest *may be used also*; *and probably is, being affirmed both by* Stephanus *and* Vossius: *and again* multum *and* plurimum refert *are said* (*see chap.* 51 r. 2. *N.* 2.) *so in reason may both* parum refert, *as* Vossius *saith, and perhaps* paulum & pauxillum, *as* Stephanus.

V. 5. **Little**) *sometimes is used to note a* littles pace, *or* short while, *or* time, *and is made by* parumper, paulisper; *as*,

Stay for me here a little till I come out	Dum exeo, parumper operire me hic, *Ter. And* 4. 2.
He stayed a little till his wife got her ready.	Paulisper, dum se uxor comparat, commoratus est, *Cic.* pro *Mil.*

Abesse à domo paulisper *maluit, quàm illud argentum amittere*, Cic. 6. Verr. *Abducere animum* parumper *à molestiis*, Cic. Att *l.* 11. *Ibi* paulisper *Cæsar ante portum commoratus* dum *reliquæ naves convenirent*, Cæs. *Dictator cunctatus* parumper, dum *speculatores referrent*, Liv. 1. *Dec. l.* 4. Hither refer *aliquantisper*, At certe concedas hinc aliquo ab eorum ore *aliquantisper*, Ter. H. 3. 3.

VI. 6. **Little**) *coming together with* never so, *is, together with those Particles, made by some diminutive derived from* tantus, *or* quantus; *also by* quamvis, *and* quamlibet, paulum, *and* paululum, *with* modo; *according to the following forms of speaking.*

He might have sold it, had he had but never so little time ——	Vendidisset, si tantulum moræ fuisset —— *Cic. 7. Ver.*
If we cast but our eyes never so little down.	Si tantulum oculos dejecerimus —— *Cic. 7. Ver.*

If

If you do never so little amiss — Si tantulum peccassies, *Plaut. Rud.*

It may be judged by what I say, be it never so little. — Ex eo quod dico, quantulumcunque id est, judicari potest, *Cic. Ver.*

I would have been contented with though never so little a corner of Italy. — Quamvis parvis Italiæ latebris contentus essem, *Cic.* pro *Rosc. Am.*

If Pompey do but seem never so little to like it, he will do it. — Si Pompeius paulum modo ostenderit sibi placere, faciet, *Cic.* Fam.

If you fail never so little, I am undone. — Si paululum modo quid te fugerit, ego perierim, *Ter. He.*

Though it be never so little that —— — Quamlibet parum sit, quod, *Quint.* l. 1. c. 1.

Si quis tantulum de recta ratione deflexerit, Cic. 7. Ver. *Nam si nox incessit, quantulocunque humore, prius quàm obruatur, corrumpitur*, Colum. *l.* 2. *c.* 11. *Quantulum idcunque est*, Cic. 2. *de Orat.*

PHRASES.

He must be suffered to drink but a very little — Nec potestas aquæ nisi quam parcissimè facienda est, *Col.*

To drink a little too much. — Bibere meliuscule quàm sat est, *Plaut. Mostel.* 4. 2.

When he hath drunk a little too much. — Ubi adbibit plus paulo, *Ter. He.* 2. 1.

A little after he went in again. — Haud multo post recepit se intro denuo, *Ter. Ph.* 5. 6.

We should come little or nothing short of the Greeks. — Non multum, aut non omnino Græcis cederetur, *Cic.* 1. Tusc.

He was a little after their time. — Recens ab illorum ætate fuit, *Cic.* 3. de Nat.

By little and little it is brought to that pass, that —— — Sensim eo deducitur, ut —— *Cic.* 2 Off. Paulatim ——

They are either all whole, or very little hurt. — Aut integra manent, aut levissimè læsa sunt, *Plin.* Ep.

He lived too little a while. | Parum diu vixit, *Cic.* 1. Tusc.
20. He is a little too much given to the world. | Aliquantum ad rem est avidior, *Ter. Eun.* 1. 2.
He was within a little of being killed | Propius nihil est factum, quàm ut occideretur, *Cic.*
With as little charge as may be | Quàm minimo sumptu, *Plaut. Aulul*
He would make little reckoning of it. | Parvi id duceret, *Cic.* 2. de Fin.

Parvi pendo; æstimo, Ter. Plaut.

Do you set so little by me? | Iráne abs te contemnor? *Ter.*
25. Too little to contend with him. | Tanto certare minor, *Hor.* Ser. 2. Satyr. 4.
This house is too little for my family. | Angustior est domus hæc quàm pro familia mea, — familiæ angusta est.
This garment is too little for my body. | Arctior vestis est quàm pro habitu corporis mei.

Ne aurium quidem usus supererat, Sylvas quatiente vento, qui concutientibus ramis majorem quàm pro flatu sonum edebat, Curt. *l.* 5. *Consedit deinde in regia sella multo excelsiore quàm pro habitu corporis*, Curt. *l.* 4. See otherways of rendring this kind of phrase in Particle Too, Rule 2.

One that hath but little religion in him. | Parcus deorum cultor & infrequens, *Hor.* 1. Car.
Think how little a while he reigned. | Quàm non diu regnârit fac cogites, *Cic.* Fam. 11. 3.

CHAP. XLVIII.

Of the Particle Less.

I. 1. LESS *) referring to a Substantive is the Comparative of the Adjective* little, *and rendred by the Comparative of some Latin Adjective of that signification.*

They are moved with less pains. | Minore conatu moventur, *Quintil.* l. 1. c. 12.

Minore

Minore ſum futurus in metu, Hor. 1. *Epod.* *Minus habent vel obſcuritatis vel erroris*, Cic. *Fam* 6. 6. *Nec ad mortem minus animi eſt, quàm ad eadem fuit*, Liv. *dec.* 1. *l.* 1.

Note, *When* value, coſt, *or* price *is referred unto, if the word* [leſs] *have not a Subſtantive expreſſed together with it; it is made by* minoris *in the Genitive caſe; whereas when the Subſtantive is expreſſed, it is to agree in caſe with it,* Non vendo pluris quàm cæteri, fortaſſe etiam minoris [—for leſs] *Cic.* 2. Off. Res nulla minoris conſtabit patri, quàm filius [—coſt leſs, or ſtand in leſs] *Juven.* 7. Sat.

2. Leſs) *coming together with an Adjective,* II.
a Verb, or theſe Particles, no, nothing, never, much, little, &c. *is made by* minus.

Who is leſs ridiculous than he?	Qui ridiculus minus illo? *Hor.* Ser. 2, Sat. 4.
Nor is any age leſs wearied.	Neque ulla ætas minus fatigatur, *Quintil* c. 12.
No leſs than any of you,	Non minus quàm veſtrûm quivis, *Plaut. Amph.*

Pub. Scipionem dicere ſolitum ſcripſit, Cato, nunquam ſe minus otioſum eſſe, quàm cum otioſus: nec minus ſolum, quàm cum ſolus eſſet, Cic. 3. *Off.* *Si non errâſſet fecerat illa minus*, Mart. *Non minus à te probari, quàm diligi ſemper volui*, Cic. *Fam. l.* 10. *Illi corporis commodis compleri beatam vitam putant: noſtri nihil minus* [—nothing leſs] Cic. 3. *de Fin.* *In iis autem rebus, quæ nihilo minus* [nevertheleſs] *ut ego abſim confici poſſint*, Cic. *Fam.* 10. 2. *Multo minus* [much leſs] *movebant minæ*, Cic. *ad* Att. *l.* 8. *Civilem ſe admodum inter initia, ac paulo minus* [little leſs] *quàm privatum egit.* Suet. Tib. *c.* 26. *Minus tribus horis* [in leſs than three hours—] *millium pedum quindecim in circuitu munitionem perfecerunt*, Cæſ. *Minus* is alſo ſet before Adverbs, *Vel ſi minus acriter uror*, Ovid. *Ep.* 18. but we rather Engliſh it, *not ſo* than *leſs*

3. Leſs) *ſometimes is part of the ſignification* III.
of a Verb; as,

Many things I made leſs.	Multa minui, *Cic.* Fam. 6, 7.

Quod potes, extenua forti mala corde ferendo, Ovid. 3. *Trist. Eleg.* 3.

PHRASES.

Birds like Thrushes, somewhat less than Pigeons.

It was not so much as used, much less was it in any esteem.

They are less than they are said to be.

He followed them nevertheless.

He spent it in less than a year: or a years time

With no less eloquence than freedom.

Less than it ought.

Aves turdorum specie, paulum infra columbas magnitudine, *Plin.* l. 10. c. 49.

Ne in usu quidem, nedum in honore ullo erat, *Suet.* de Illust. Gram.

Intra famam sunt, *Quint.* l. 11. c. 3.

Nihilo secius sequebatur, *Cæs.* 3. bel. Civ.

Non toto vertente anno absumpsit, *Suet.* c. 37. *Calig.*

Pari eloquentiâ ac libertate, *Tac.* 1. Hist.

Citra quam debuit, *Ovid.* de Pont. 1. 8.

CHAP. XLIX.

Of the Particle Least, and Less.

I. 1. LEAST *) referring to a Substantive is the Superlative degree of the Adjective* little, *and made by the Superlative of such Latin Adjective as signifies* little.

Of many evils, the evil that is the least, is the least evil.

E malis multis, malum quod minimum est, id minimum est malum, *Plaut. Stich.*

Ex malis eligere minima oportet; Cic. *Off. Ne minimâ quidem ex parte* [not in the least—] Cic. 1. *Off.*

II. 2. Least *) referring to a Verb is made by the Adverb* minimè; *as,*

He displeased me the least.

Mihi minimè displicebat, *Cic. Ad te minimè omnium pertinebat,* Cic. *pro* Rosc. Ame.

3. Least *)

3. Least) *having* at, *or* at the *before it, sometimes is an Adverb of quantity, made by* minimum, *or* minimè; *as,* III.

So all the parts come to at least fourscore and one.
Ita fiunt omnes partes minimum octoginta & una? *Varro*, R. R.

The ox-stalls must be ten foot broad, or nine at least.
Lata bubilia esse oportebit pedes decem, vel minimè novem, *Colum.* l. 1. c. 6.

De his quatuor generibus singulæ minimum in duas dividuntur species, Varro *de re rust.* l. 1. c. 5. *Ea extet minimè tribus pedibus*, Colum. 5. *Id sexies evenit per annos, cum minimum quater*, Plin. l. 18. c. 16.

Sometimes a Conjunction diminutive made by saltem, certè, at, vel, *as,*

Deliver me of this grief, or lessen it at least.
Eripe mihi hunc dolorem, aut minue saltem, *Cic. Att.*

We are banquished then, or if worth cannot be overcome, at least we are broken ——
Victi sumus igitur, aut si vinci dignitas non potest, certè fracti —— *Cic.* in Ep.

If I may not enjoy a good Common-wealth, at least I will be without a bad one.
Si mihi republicâ bonâ frui non licebit, at carebo malâ, *Cic.* pro *Mil.*

That at the least the shadow of Peter might overshadow some of them.
Ut Petri vel umbra inumbraret aliquem eorum, *Bez. Act.* 5. 15.

Si non propinquitatis, at *ætatis suæ*; *si non hominis*, at *humanitatis rationem haberet*, Cic. *pro* Flac. *Homines mortem optare incipiant vel* certe *timere desinant*, Cic. 1. *Tusc. Quare nunc* saltem *ad illos calculos revertamur*, Cic. Att. *l.* 8. *Postremo, si nullo alio pacto* vel *fœnore*, Ter. Phor. 2. 1. Some Copies leave out *vel*; but so *Stephanus, Muretus, Turselinus*, and *Pareus* read it.

4. Least)

IV. 4. Least *or* Lest) *with the Conjunction* that *expreſſed or underſtood, and a Verb after it, is made by* ne ; *as,*

I am afraid leſt this ſhould ſpread farther.	Vereor, ne hoc ſerpat longius, *Cic. Att.* 1. 16.

Forem obdo, ne ſenex me opprimeret, Plaut. Caſin. *Timeo, ne abſim, cum adeſſe me ſit honeſtius,* Cic. Att. 16. 12.

Note 1. *The Verb that comes after* ne [leaſt *in this ſenſe*] *is to be of the Subjunctive mood.* Ego ad te ne hæc quidem ſcribo, ne cujuſquam animum meæ literæ intercepta offendant, *Cic.*

Note 2. *As in ſpeaking* leaſt *and* leſt *are not at all diſtinguiſhed, ſo in writing they are much confounded. The critical difference, if any be, is, that* leſt *is the ſuperlative of* little, *being formed from* leſs, *by contraction of* leſſeſt *into* leſt ; *and* leaſt *is the conjunction. But uſe* (quem penes arbitrium eſt & jus & norma loquendi) *hath made the difference* (quite *contrary*) *to be, that* leaſt, *is the Adjective, and* leſt *the Conjunction,* i. e. *where a difference is ſtood upon.* See *Walliſii* Gram. Ling. Anglic. cap. 6.

PHRASES.

There is not the leaſt difference between them	Inter eos ne minimum quidem intereſt, *Cic. At.*
If there could be any the leaſt difference in the world—	Quod ſi intereſſe quippiam tantulum modo potuerit— *Cic.* 1. de Leg.
That I may ſay the leaſt—	Ut leviſſimè dicam, *Cic* Fam. 3. 10.
We were two hundred at leaſt.	Fuimus omnino ad ducentos, *Cic. Qu. Fr.* 2. 1.
You make the leaſt reckoning of your own courteſies.	Beneficiorum tuorum parciſſimus æſtimator es, *Plin.* Paneg.
Not like one another in the leaſt.	Ne minimum quidem ſimiles, *Cic. At.* 4.

CHAP.

CHAP. L.

Of the Particle Long.

I. Long) *joined with* all, *is an expletive included under the Latin for* all, viz. totus *or* omnis; *as*, I.

I have not seen him all this day long, — lieve long day. All my life long.	Hodie toto non vidi die, *Ter.* In omni vitâ, *Cic.*

Senatus haberi non poteſt menſe Februario toto, Cic. *Quem ſemel ait in omni vitâ riſiſſe Lucilius*, Cic. *Tuſc.* 3. *Cùm equæ anno prope toto præbeant*, Plin. *l.* 11. *c.* 40.

2. Long) *with* of *denotes one to be the* cauſe of, occaſional to, *or* in fault for a thing, *and is made by* culpa, *or* cauſa, ſto, *or* fio, *according to the forms of ſpeaking that follow.* II.

It is long of you, not of me.	Tua iſthæc culpa, non mea eſt, *Plaut. Epid.* 3 6.
It is not long of him.	Is in culpa non eſt, *Ter. Hec.*
It was long of you that he was condemned.	Tu in causâ damnationis fuiſti, *Quint.*
It is not long of me that you underſtand not —	Non ſtat per me quo minus intelligas — *Plin.* l. 18.
You will ſay it was long of him.	Illius dices culpâ factum *Ter. Hec.* 2. 1.

Quic quid hujus factum eſt, culpâ non eſt factum meâ, Ter. Eun. 5. 6. *Si id culpâ ſenectutis accideret*, Cic. *de Sen. Ex re ortum eſt*, Ter. And. *Hæc mea culpa non eſt*, Plaut. Epid. 3. 6. *Per eos factum eſt, quo minus*—Cic. *in Ep. Per ipſum non ſtetit quo minus exprimeret*, Tacit. *Per te ſtetit quo minus hæ nuptiæ fierent*, Ter. And. 1. 2. *Hoc P. Clodii impulſu factum eſt*, Cic. *pro* S. Roſc. *Omnis illa tempeſtas Cæſare impulſore & auctore excitata eſt*, Cic. *de Prov. Conſ. Me impulſore hæc non facit*, Ter. Eun. 5. 5. 18. *Non meo vitio ſit*, Cic. Att. 11. 16.

3. Long)

III. 3. Long) *sometimes signifies* greatly to desire; *and then is to be translated by a Verb so signifying*, viz. expeto, ardeo, suspiro, &c. *as*,

What most men mightily long after, they set at nought.	Quæ plerique vehementer expetunt, pro nihilo ducunt, *Cic.* 1. Off.

Aliquid immensum desiderant, Cic. *Suspirat longo non visam tempore matrem*, Juven. 11. *Satyr. Avidi conjungere dextras ardebant*, Virg. 1. Æn. 1. *Optata Troes potiuntur arena*, Id. *Desiderio flagrare, laborare, teneri, incendi*, Cic. *Desiderium sui apud aliquem relinquere*; —— *alicui incutere*, Cic. Hor. *Quo magis te expecto*, Cic. *Fam.* 4. 1.

IV. 4. Long) *coming with a Substantive, is an Adjective noting the* measure *of* time *or* magnitude, *and made by* longus, &c. *as*,

They stand leaning upon long spears.	Stant longis innixi hastis, *Virg. Æn.* 9.
Labourers think the day long.	Dies longa videtur opus debentibus, *Hor.* Ep. 1. l. 1.

Additæ ei ad præsidium provinciæ 50 *longæ naves*, Liv. *l.* 7. *bel Pun. Diuturni silentii B. C. quo eram his temporibus usus, finem hodiernus dies attulit*, Cic. *pro* Marc. *Ad hoc barba promissa* [a long beard] *& capilli efferaverant speciem oris*, Liv. *l.* 2. 1. *decad. Diutinum bellum*, Liv. *l.* 5. *bel. Pun. Quæ oblonga sint ova, gratioris saporis putat*——Plin. 10. 52. *Gallis prælongi gladii ac sine mucronibus*, Liv. 2. *bel. Pun. Perlonga, & non satis tuta via*, Cic. Att. *l.* 5. *Demissa usque ad talos purpura*, Cic. *pro* Cluent. *Tunica talaris*, Cic. 7. Ver. *Inclytus dicimus brevi primâ literâ, insanus productâ*---Cic. *in* Orat. *Longulum janè iter, & via inepta*, Cic. Att. *l.* 16. *Longinquo morbo est implicitus*, Liv. *l.* 1. *ab urbe.*

Note, *When* long *comes after a word noting the measure of length, it may be made according to some of these following forms*:

It

It is about four fingers long.	Instar quatuor digitorum est, *Colum.* l. 3.
When they shall be grown four fingers long	Cùm quatuor digitos longitudine expleverint, *Plin.* 18.

Gnomon septem pedes longus—seven foot long. *Areas longas pedum quinquagenum facito*—fifty foot long. Col. *Platanus longitudine* 15. *cubitorum*—fifteen cubits long. *Corpus porrigitur per novem jugera*—nine acres long, Virg. *Temo protentus in acto pedes*—eight foot long, Virg.

5. Long) *coming with a Verb, but without a Substantive, is an Adverb, and made by* diu, &c. *as,* V.

You have staid me long	Diu me estis demorati, *Plaut.*
You shall you long rejoyce.	Nec longum lætabere, *Virg.*
It is pronounced long.	Productè dicitur, *Cic.*

Hæc autem forma retinenda non diu est, Cic. *in Orat.* Diutissimè *senex fuisset*, Cic *de Am.* Diutine *uti benè licet parum benè*, Plaut. Rud. *Quum decorum adolescentem & diutule tacentem conspicatus foret*——Appul. *Vetustissimè in usu est*, Plin. *l.* 27.

6. Long) *often comes together with these Particles,* how, so, since, as, ago, before, after, &c. *and then, together with them, is made according to the following forms of speaking.* VI.

How long is it since you did eat?	Quam pridem non edisti? *Plaut. Stich.* 2. 2.
How long is it since it was done?	Quamdiu id factum est? *Plaut. Captiv.* 5. 2.
How long are we asking the gods any thing?——	Quam diu poscimus aliquid deos? *Sen.* Ep. 60.
How long is it since you came?	Quam dudum tu advenisti? *Plaut. Asin.*
I am sorry you were so long away from us.	Ego te abfuisse tam diu à nobis doleo, *Cic.*

So

So long as I ſhall live. — Dum animâ ſpirabo meâ, *Cic.*

So long as he thinks it will be known, he hath a care. — Dum id reſcitum iri credit tantiſper cavet, *Ter. Adelph.*

So long as it ſhall not repent you how much you profit — Quoad te, quantum proficias, non pœnitebit, *Cic.* 1. Off.

I will never marry ſo long as ſhe lives. — Nunquam illâ vivâ ducturus ſum uxorem domum, *Terent.*

10. So long as he ſhall live in poverty —— — Uſque dum ille vitam colet inopem—*Ter. He.* 1. 5.

So long as I ſeem not ſo to you, I matter not — Dum ne tibi videar, non laboro, *Cic. Att.* 8. 13.

So long as you ſhall be in proſperity. — Donec eris felix, *Ovid.*

As long as the Common wealth was managed by them — Quamdiu reſpublica per eos gerebatur, *Cic.* 2. Off.

As long as they live. — Uſque dum vivunt, *Plaut.*

15. I gave as long as I had it. — Dedi dum fuit, *Plaut. Pſeud.*

It was ſpoken long ſince. — Olim dictum eſt, *Ter. Phor.*

It is not long ſince he caſt his teeth. — Illi haud diu eſt, cùm dentes exciderunt, *Plaut. Mer.*

It is now long ſince we drunk. — Jam diu factum eſt poſtquam bibimus, *Plaut Perf.*

Herillus's opinion was long ago hiſſed off — Herilli jam pridem exploſa ſententia eſt, *Cic.* 1. Off

20. I knew it long before you. — Multo prius ſcivi quàm tu, *Ter Hec.* 4. 1. Multo ante, *Cic.* de Sen.

Not long before. — Non ita pridem, *Cic.*

Not long after. — Non multo poſt, *Cic.*

It was not long between. — Haud ita multum temporis interim fuit, *Liv.*

I knew that you foreſaw theſe miſchiefs long before. — Cognôram te hæc mala multo ante providentem, *Cic.* Fam. l. 4.

25 Not long before day. — Non dudum ante lucem, *Plaut.*

If he had not run away ſo long before.
Si non tanto ante fugiſſet, *Cic. 7. Ver.*

I can bear with his follies ſo long as they are but words.
Uſque eo ego illius ferre poſſum ineptias, verba dum ſint, *Ter. Eun.* 4. 6.

You ſhould bear with him ſo long [i. e. ſo far] till—
Eum ferres eatenus, quoad— *Cic.* ad *Qu. Fr.*

I never left urging her ſo long till——
Non deſtiti inſtare uſque adeo donec— *Plaut. Ciſtel.*

The beaſt is chaſed up and down ſo long till it pant again.
Concitatè agitur pecus eouſque dum anhelet, *Colum.* 6. 6. 30.

I had rather not be old ſo long than——
Ego me minus diu ſenem eſſe mallem——quàm— *Cic.*

They are now after ſo long a time with all ſpeed to be diſpatched.
Nunc denique quamprimum exequenda ſunt, *Colum.* 11. 2.

Long ago they were under their protection
In eorum fide antiquitus erant, *Cæſ.* 1. *Bel. Civ.*

It hath not been very long in requeſt.
Non adeo antiquitus placuit, *Plin.*

Note, *In expreſſions where* long *continuance of time is noted there* long *may be rendred after ſome of theſe forms of ſpeaking.*

If the diſeaſe be of any long continuance.
Si jam inveteravit morbus, *Colum.* 35.

Inveteravit hæc opinio: conſuetudo, Cic. *Vetuſtate* [in long continuance of time] *coaleſcit ætas; evaneſcit vinum; rubeſcit nix; abit memoria,* Cic. Plin. Liv. *Diuturnitas* [long continuance of time] *maximos luctus tollit,* Cic. *Diuturnitate* [in long time] *extinguitur,* Cic. *Temporis longinquitatem timebat,* Cæſ. 16. 2. *Negabit voluptatem creſcere longinquitate,* Cic. 2 *de Fin. Neque conſulere in longitudinem, ſc. temporis,* Ter. Heaut.

PHRA-

PHRASES.

It will not be long ere——	Jam aderit; propè adest, cum——*Ter.*
I believe he will be here ere long.	Credo illum jam adfuturum esse, *Ter. Eun.* 4. 6.
It's a long time since you went from home.	Jamdudum factum est, quum abisti domo, *Plaut. Trin.*
I have been here a long time.	Ego jamdudum hic adsum, *Ter. Eun.* 4. 6.
5. He thought long till he saw that money.	Nihil ei longius videbatur, quàm dum illud videret argentum, *Cic. Ver.* 6.
This is the long and the short of it, that ——	Cujus summa est; quod—— *Cic.* Fam. 6. 7.
That soon will be long too.	Id actutum diu est, *Plaut.*
Whither all things are carried by Tom Long the Carrier.	Quò tardissimè omnia perferuntur, *Cic.* Fam. 2. 9.

CHAP. LI.

Of the Particle Man.

I. 1. MAn) *referring to* age, *as spoken by way of opposition to* child, *&c. is made by* vir; *as,*

When I became a man, I put away childish things, 1 Cor. 13. 11.	Postquam factus sum vir, abolevi quæ infantis erant, *Beza.*

Quod non modo in puero, sive adolescente, sed etiam in viro admiratione dignum videretur, Plin. *Sed obsecro te, ita venusta habeantur ista, non ut vincula virorum, sed ut oblectamenta puerorum,* Cic. *par.* 5.

II 2. Man) *referring unto* Sex, *as spoken by way of opposition to* Woman, &c. *is made by* vir, *and* mas; *as,*

Neither do the Roman women swear by Hercules,	Neq; mulieres Romanæ per Herculem dejurant, neq; no?

nor the men by Caſtor.	Viri per Caſtorem, *Gell.* 4. 1.
Holy myſteries never either ſeen, or heard of by men.	Sacra maribus non inviſa ſolùm, ſed etiam inaudita, *Cic.* de Aruſp.

Eum oderunt quà viri, quà mulieres, Liv. *Sic quidam viris, ſed ne qui ſexus à laude ceſſaret, ecce & virginum virtus,* Flor. 1. 10. Ἄνδρες τε καὶ γυναῖκαι, Act. 22. 4.

3. Man) *relating to the common* nature *of man, without reſpect either to age or ſex, is made by* homo, *and* mortalis; *as,* III.

Could I deny my ſelf to be a man?	An poteram inficiari me eſſe hominem? *Cic.* pro *Dom.*
That all men may ſee——	Ut omnes mortales videre poſſint, *Cic. Ver.*

Homo eſt mortale animal rationis, & ſcientiæ capiens, Gell. *Quæ ſit omnium mortalium expectatio vides,* Cic. *pro* S. Roſc. Juvenal in the perſon of a woman ſaith, *Homo ſum,* Sat. 6. v. 285. Cicero ſaith, *Homo natæ fueram,* Fam. 4. 5. *Nec vox hominem ſonat, O Dea certè,* Virg.

Note, *If the word* kind *follow* man, *or the* appertaining *of any thing unto* man *be intimated by it, then it is made by* humanus; *as,*

Mankind ruſheth through forbidden miſchief.	Gens humana ruit per vetitum nefas, *Hor.* Carm. 1. 3.
I do not think any thing unproper for me that belongs to a man.	Humani nihil à me alienum puto, *Ter. Hec.* 1. 1.

Humano capiti cervicem pictor equinam Jungere ſi velit, Hor. *Art. Poet. Aliquem humanâ ſpecie & figurâ, qui immanitate beſtias vicerit,* Cic. *pro* Roſc. Amer. *Multo maximum bonum patriæ, civibus, tibi liberis poſtremo humana genti pepereris, ſi* ——Sal. *Ex infinita ſocietate generis humani*——Cic. *de Amic.*

4. Man) *referring to ſome* eminence *of ſome quality, viz.* courage, &c. *of any perſon, is made by* vir; *as,* IV.

If we will shew our selves to be men, i. e stout men. | Si viri esse volumus, *Cic. 2. Tusc.*

Exurgite, inquit, aliquando, si viri estis, atque arma capessite, Curt. *Sed cum veneris* virum *te putabo: Si Sallustii Empedoclea legeris* hominem *non putabo*, Cic. Qu. Fr. *Vir*, in this use answereth to the Greek ἀνὴρ with which *Homer* began his *Odyss.* Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα; which *Horace* (*de Arte Poetica*) renders, *Dic mihi musa virum*; and *Virgil.* (*Eneid.* 1.) imitates; *Arma virúmque cano*; and to the Hebrew אִישׁ as it is opposed to אָדָם, as in *Psal.* 49. 2. where *low* and *high* in our Translation is but בְּנֵי אָדָם *and* בְּנֵי אִישׁ *i. e.* literally sons of men, and sons of men; but according to the use of the Phrases, and difference of the words, when set in opposition, persons of lower, and of higher quality are signified; *Tum nati plebeio* homine, *tum nati præstanti* viro, as *Junius & Trem.* appositely render it, See Mr. *Caryl* on *Job*, chap. 1. 1. and Dr. *Hammond* on *Psal.* 49. 2. † *Plautus* useth *homo* in this sence Epid. 3. 4. *Euge, Euge, Epidice, frugi es: pugnavisti, homo es.* Fr. Sylvius makes this difference between *vir* and *homo*, that *vir* is generally used in good sence, *homo* indifferently in good or bad. See his *Progymnas. cent.* 2 *cap.* 88. But this is not universally so. For *Cic.* saith, *Vir longè post hominem natos improbissimus*, Brut. But this perhaps is it, that *vir* is to be understood in good sence, when set alone without any Adjective importing any thing good or bad; and that with an Adjective it is indifferent in its use. Again, *Vir* is never used for a servant, as *homo* is. And again, *homo* is never set in opposition to *puer*, but *vir*; nor to *mulier*, but always *vir*, or *mas*.

V. 5 Man) *referring to the* servile *condition of any person is made by* servus *or* famulus; *as*,

Q. Croto's man was made free. | Servo Qu. Crotonis libertas data est, *Cic.* pro *Rab.*

We it that masters may use severity towards their men. | Heris sit sanè adhibenda sævitia in famulos, *Cic.* Offic. 2.

Cum ex eo curiosè quæsisset servus noster, Cic. Att. 9. 3. *Pollucem servum à pedibus* [my foot-man] *Romam misi*, Cic. Att. *See* Durrer *de Partic. L. L. pag.* 1. *Parare pecuniam, equos, famulos*, Cic. *de Am.* † *Symmachus* useth *homo* in this sence, *Copiam facio, ut quod argenti dedimus, venditori,*

ditori. id homini meo Euſcio, cui ſumma comperta eſt; dig-neris expendere. And ſo Cic. *pro* Quint. *Hominem Pub. Quin-tii deprehendis in publico. Terence* joins *ſervus* and *homo* toge-ther; *Servum hominem cauſam orare leges non ſinunt*, Phorm. 1. 5. So *Plautus, Hominem ſervum Domitos habere oportet ocu-los*—Mil. Glor. 2. 6. In this ſence is *puer* alſo uſed. *Eaſ-que literas dederam pueris tuis*, Cic. *Fam.* 13. 41. *Sed jam ſubito fratris puer proficiſcebatur*, Cic. Att. *Etiam puerum inde abiens conveni Chremis*, Ter. And. 2. 2. Of the uſe of *puer* and παῖς too in this ſence, ſee a learned diſcourſe in *Druſius* his Obſervations, *l.* 11. *c.* 20.

But becauſe it would ſound harſh to ſay, puer meus, *my man, though in that expreſſion not the* age; *but the* condition *were referred to, therefore I ſhould think the more general term of* ſervant, *the more fit in this caſe to be uſed.*

The Greeks for Man *in this ſence have one word of near ſound*, viz. μάνος *that the one is derived from the other is more than I will ſay; yet 'tis ſaid.* See *Skinners* Etymolog.

6. Man) *put indefinitely without reſpect to age,* VI. *or ſex, nature, quality, or condition, is made by* quis; *as,*

A man may aſk what you had to doe with her.	Roget quis, quid tibi cum illa? *Ter. Eun.*

So *dicat quis*; *peteret quis, &c.* See *Turſel.* de Partic. Lat. Orat. c. 197. num. 16.

1. Note, Man *in this ſenſe is elegantly made by an Enallage of the ſecond perſon of a Verb for the third*; *as,*

But what ſhould a man do?	Verum quid facias, *Ter. Adelph.*

Ita eſt vita hominum quaſi cùm ludas teſſeris, Ter. Ad.

† *Cicero* ſeems to uſe *homo* alone in this indefinite ſence. *Etſi homini nihil magis eſt optandum, quàm proſpera fortuna*—— *pro* Quint.

2. Note, *If* any *come before* man, *then it is made by* quis, *or ſome* compound of it; *and by* ullus; *as,*

If any man bring you into queſtion.	Si te in judicium quis adducat, *Cic.*

Is any man alive more fortunate than I?	Ecquis me vivit hodie fortunatior? *Ter. Eun.*
If any man chance to ask for these cattel ——	Si fortè armenta requiret hæc aliquis, *Ovid.*
And is there any man that, knowing this, can suspect?	Et est quisquam, qui cum hæc cognôrit, suspicari possit? *Cic.*
I never lived more lovingly together with any man.	Non ullo cum homine conjunctius vixi, *Cic.* Fam. 6.

Submonition, *If* ullus *be used for* any man, *it must either be negatively*; *as*, Non est ullus qui currat: *or Interrogatively*; *as*, Estne ullus qui currat? *or Subjunctively*; *as* Si ullus me vocabit, statim veniam. *Not affirmatively*, *saith* R. Stephanus *Thes. Lat.* Ullus. *So* ecquis, *and consequently* ecquisnam, *is used but Interrogatively*, *or Subjunctively*, *not in direct either Affirmations*, *or Negations*, *that I know of.*

3. Note, *If* every *comes before* man, *it is made by* quisque, *or* unusquisque, *and* omnis; *as*,

That which every man will be fit for.	Ad quam quisque rem aptus sit futurus, *Cic.* de Div.
Let one and the same be the profit of every man, and of all.	Eadem sit utilitas uniuscujusque, & universorum, *Cic.* 3. Offic.
Here every man must doe all he can that it may not come to hand-strokes.	Hic omnia facere omnis debet; ne armis decernatur *Cic. Att.* l. 7.

4. Note, *If* no *comes before* man, *then it is made by* nemo, *and by* quis *or* quisquam, *with some Negative Particle*; *as*,

There is no man that I would now more fain see.	Nemo est, quem ego magis nunc videre cuperem, *Ter. Eun.*
That no man doe hurt to any other	—Ne cui quis noceat, *Cic.* 1. Offic.
No man almost did bid him to his house.	Domum suam istum non ferè quisquam vocabat, *Cic.*

Sub-

Submonition, Homo *is very frequently joined with* nemo, *ſometimes in the ſame caſe*; *as*, Nunquis hinc me ſequitur? Nemo homo eſt, *Ter.* Neminem hominem pluris facio, *Cic.* So *Plaut.* Nemo vir bonus cuiquam invidet. *In this conſtruction* nemo *is by an Enalloage of a Subſtantive for an Adjective, put for* nullus; *according to* Voſſius; *wherein* Donatus *thinks there is an Archaiſm: and therefore when* Terence *uſeth it, in* Adelph. 2. 3. *he ſaith*, Novè auribus noſtris, ſed veterum conſuetudine locutus eſt, &c. *Sometimes in the Genitive caſe plural*; *as*, Nemo eſt hominum qui vivat minus, *Ter. Eun.* 4. 6. Facio pluris omnium hominum neminem, *Cic. Att.* So nemo omnium *alone and* nemo omnium mortalium, *are Ciceronian Phraſes.* Homo *is alſo frequently expreſſed together with other Particles*; quis, quiſquam, *&c.* Quis homo pro mœcho unquam vidit in domo meretriciâ deprendi quenquam? *Ter. Eun.* 5. 5. Suam quiſque komo rem meminit, *Plaut.* Quiſnam homo eſt? *Ter.* An quiſquam hominum eſt æque miſer ut ego, *Terr.* Nullus frugi eſſe poteſt homo, niſi qui benè & malè facere tenet, *Plaut.*

